

**THESAURUS LOCUTIONUM
LATINARUM**

Haud prorsus non conferre non potest iis, qui Latine scribere vel loqui cupiunt, hic Thesaurus locutionum Latinarum sive subsidium magna gravitate praeditum, quo complures Latinitatis cultores carent. Haud pauci enim, qui Commentariis nostris — quibus *Latinitas* quoque index — annuum pretium solvunt atque ipsi qui nomina non dederunt, huiuscemodi subsidium sive enchiridium sive promptuarium utilissimum esse ac necessarium, ut, ceteris additum lexicis, linguam Latinam recte adhibituris prodesset, saepissime litteris significaverunt suis. *Latinitas* enim aliquot abhinc annos huiusce generis subsidium edendum curaverat et nonnullas pagellas ex eodem excerptas thesauro MCMLXXVI et MCMLXXVII annis vulgavit de eisque Egger Abbas, Hamleti Tondini propositum lectoribus proferens, qui « huiusmodi locutiones in unum collegit » — ait —; « non enim datum est ei, ut eas in volumen congestas ederet typis » (v. *Latinitas*, XXV (1977, p. 113). Idemque Egger Abbas addidit haec: « Nunc vero ii, qui Operi fundato, cui idem nomen *Latinitas*, praesunt, statuerunt hunc locutionum thesaurum, coniunctis verbis, huiusmodi auctum, vulgare, fore confisi, ut ad sermonis Latini causam tuendam promovendam is conferret non modicum » (*ib.*).

Quod propositum redintegratum est et demum *thesaurus* omnibus ex partibus descriptus atque perfectus lectoribus offerri potest vitae humanae in universum innixus et omnes amplectens res, quibus ipsa innititur vita.

Hic *thesaurus locutionum Latinarum* in XII divisus est partes ex ordine pertinentes ad

1. hominum vitam (universe);
2. corporum humanorum vitam;
3. animorum motus;
4. mores;

5. Christianum habitum;
6. domesticam seu privatam vitam;
7. vitae societatem;
8. vitam in republica agendam;
9. oeconomiam, quae dicitur, et commercia;
10. vitam rusticam;
11. vitam militarem;
12. varios denique vitae casus.

Nulla addita, ut par est, conversio nullusque fontium additus index (huic rei haud necessarii quidem). Argumentorum autem tituli hac de causa Italice, Anglice, Francogallice, Theodisce et Hispanice conversi sunt, quo facilius eorum tractatio evaderet. Quod inceptum ergo Latini sermonis amatoribus gratum utileque fore confisi, hac spe et fide innitimur ac sustentamur.

COLLEGIUM LIBELLIS CONFICIENDIS

I

HOMINUM VITA (UNIVERSE)

VITA

Vita, Life, Vie, Leben, Vida

Vitam agere, vivere, degere, traducere, deducere, transigere, conterere, colere, producere

In vita esse, commorari

Vita frui; vita et hoc communi spiritu frui; hac luce frui

Vitam et spiritum ducere

Spatium vitae decurrere

Aevum agitare, aetatem consumere, agere

Lucem intueri

Spiritum ducere

Animus in hac custodia corporis retinetur

Vitae esse participem, compotem

In viventibus censer; inter viventes numerari; de genere viventium esse, vivere

Annum complere, egredi, excedere, explere, habere

Tribus rebus vita hominum continetur, retinetur, sustentatur: cibo, potione, spiritu

Parvo vitae spatio contentum esse

Vitam satis diuturnam vivere, ducere, traducere, agere, transigere

Satis diu vivere; inter homines agere, cum hominibus versari, in terris morari

Aetatis satis (superque) vivere

Satis longe vitam propagare, producere; ampliare sibi aetatis spatium

Cursum vitae minime brevem peragere

Diuturna lucis usura frui

Ad longum tempus spiritum ducere (Quam) diutissime vivere

Aetate (longius) procedere, progredi, provehi

Aetate aliquem praecurrere, anteire, praestare, antecellere

Dum (si) suppetit vita

Quoad vita suppetit

Si vita mihi contigerit

Multa ferunt anni venientes comoda secum

Multa recedentes adimunt

Cum aliquo aetatem agere

Aetatem (omnem) in aliquo loco terere, conterere, consumere, agere

Totum vita curriculum in aliquo loco conficere

Libenter ruri et procul a coetu hominum aetatem agere

Eiusdem temporis esse

In aetatem alicuius incidere

Alicuius aetatis supparem, proximum esse

Aetati alicuius succedere

Aliquo vitae genere uti

Fortunate beateque vivere

Vitam cum virtute degere

Vitam inopem tolerare

Vitam, rationem vitae, certum vitae genus, institutum sequi

Certo genere cursuque vitae implicari

Aetatem omnem in aliqua re (in aliquo studio) ducere, traducere, exigere, agere, degere, decurrere, consumere, conterere

Aetatem ducere (in litteris)

Placidum degere aevum

Aetatem suavem, tranquillam, quietam, sine ullo labore et contentione degere, agere, exigere

Tranquille placideque vitam traducere

Vitae cursum, vitae curriculum sine ulla fortunae offensione conficere

Secundus alicui vitae cursus contingit

Vitam iucundam cum virtute degere

Vitam victu cultuque imprimis horridam et asperam agere

Vitam aridam, insuavem agere

Vitam duram et insuavem vivere

Durius vitae suae consulere

Gravius de vita sua statuere

II

CORPORUM HUMANORUM VITA

VITA FISICA, PHYSICAL LIFE,
VIE PHISIQUE, PHYSISCHES LEBEN,
VIDA FISICA

ORTUS

Nascita, Birth, Naissance, Geburt, Nacimiento

E sinu matris educi	deducere, habere, trahere, accipere
Patris satu matrisque conceptu generari et edi	Ab aliquo vitales hauras haurire
Vitae limen attingere, inire	Patre certo nasci
Satum et creatum esse	Malevolente genio natum esse
In vitam venire	In aliquo loco oriri, procreari, gigni
Ad lumina vitae surgere	Ex aliquo loco oriri
Primas oras mundi ingredi	Ortu Tusculanus
In vitam venire, ingredi, introire	Antiquo genere natum esse
Ortum habere et gigni	Alicuius stirpis florem esse
Limina lucis inire	Amplissima familia natum esse
Sub auras venire	Natalis domus
In lucem edi, suscipi, prodire, procedere	Natalis locus, natale solum, natalis humus (patria)
(Primam) lucem accipere, aspicere	Natale tempus, natalis lux, natalis dies, natalis hora
Vitae lumen (lumina) adire, attingere	Situs natalicium
In oras luminis exoriri	Uno partu editi fratres
Ab ineunte vita	Filius natus in decem mensibus
(Ex, ab) aliquo nasci	Diem natalem suum agere, celebrare, colere
Originem (ortum) ab aliquo ducere,	Natalicia dare

PUERITIA

Fanciullezza, Childhood, Enfance, Kindheit, Niñez

Aetatis initio uti	initio, a primo aetatis exordio, a primis aetatis (nostrae) temporibus
A die natali, ab ortu primo	
Ab initio aetatis, a primo aetatis	

Ab incunabulis	A puerili studio vixdum exire
In primis vitae incunabulis constitutum esse	Ex pueris excedere
Ab ineunte, a prima, a teneriore aetate	Editus in lucem iacuit sine viribus infans
A teneris, a parvis, a parvo	Expressus infans omnibus membris
A teneris unguiculis	A lacte remove (depellere) infantem
In primo esse flore aetatis	Infantis more lusitare
Aetate florere, vigere; florem aetatis tangere, pervadere; flore aetatis frui	Pueritiam colere
A prima (ab ineunte) pueritia	Pueriliter facere, agere, operari
In primis puerorum aetatulis	Nondum a pueritia excessisse
A puero parvulo	Periclitari pueros et experiri
Puerum adhuc esse	Puerili specie videri, sed senili esse prudentia
Prope puberem esse aetatem	Reddere qui voces iam scit puer et pede certo
Primo aetatis flore pubescere	Signat humum, gestit paribus coludere et iram
Praetextatum esse	Colligit et ponit temere et mutatur in horas
Pueritiae tempus extremum, extrema pueritia	Maxima debetur pueris reverentia

ADULESCENTIA ET IUVENTUS

*Adolescenza e giovinezza, Adolescence and youth,
Adolescence et jeunesse, Jugend, Adolescencia y juventud*

Pueritiae annos egredi	Pubescit iuventa
Ex pueris (ex ephebis) a pueritia excedere, egredi	Intra iuventutis annos alicuius versatur (vertitur) aetas
Pubertatem (pubertatis annos) supergressum esse	Ea esse aetate quae viribus quidem valet (floret, pollet) sed a prudentia infirma est, a prudentiae maturitate procul abest
Pueritia adolescit	Aetatem agere, in qua prudentiae maturitas locum nondum habet
Per aetatem adolescere, aetate adulescere	Iuventutem nondum egredi, quae, cum aetatis quoddam veluti ver sit, usu rerum et experientia caret
Adulescentulum, peradulescentem esse	A prima (ab ineunte) adulescentia, ab adulescentulo, a primo adulescentiae tempore, a primis (a primae) adulescentiae annis
Robustis adolevit viribus aetas	Iuveniliter exsultare
Adulescentiae annos attingere	Imberbis iuvenis, tandem custode remoto, / gaudet equis canibus
Iuvenilibus annis vigere	
Prima aevi parte vigere	
Flore iuventae virescere, primo flore iuventae vigere	
Prima florescente iuventa	

que et apricigramine campi /
 cereus in vitium flecti, / moni-
 toribus asper, / utilium tardus

provisor, prodigus aeris, / subli-
 mis cupidusque et amata / relin-
 quere pernix

SENECTUS

Vecchiaia, Old Age, Vieillesse, Alter, Vejez

Aevo admodum processisse
 Adulescentiae senectus obrepit
 Ad senectutem accedere, venire
 Sensim aetas senescit
 In senectam labi, delabi, vergere
 Alicuius aetas ingravescit, inclinat;
 aliquis aetate ingravescit
 Ad canos venire, pervenire
 Longa vitae spatia decurrere
 Senem fieri, senescere, consenesce-
 re, insenescere
 Senectus alicui obrepit
 Senectutem prospicere, induere
 Senecta iam aetate esse
 Aetate gravem fieri
 Aetate, annis esse provectum; pro-
 vectae aetatis esse
 Ad summam senectutem propagare
 vitam
 Vitam ad ultimam senectutem pro-
 pagare
 Senectute summa, ultima, decrepita
 esse
 Aetate affecta esse
 Senio inertis fessum esse
 Summam senectutem sustentare
 Annosum (longaevum) esse
 Annis obsitum esse
 Aetate esse obductum
 Virum esse exactae aetatis, ultimae
 aetatis, aetatis plenum
 Ad exactae prope aetatis terminos
 consistere
 Persenem esse
 Parvum alicui vitae spatium restat,
 superest, reliquum est

Iam aliquem ad exitum vitae na-
 tura perduxit
 Extrema vitae pars agitur, restat
 Cursus alicui vitae iam paene con-
 fectus (absolutus) est
 Decursum alicui prope est vitae
 spatium
 Decursa est alicui propemodum
 aetas
 Vivere ad summam senectutem
 Tardum esse gravitate senili
 Aetate fessum esse
 Aetate iam gravem esse et ad mu-
 nera corporis invalidum
 Summa senectute confici
 Annis esse fractum
 Cariosa vetustate atteri
 Gravi summae senectutis onere op-
 primi
 Senectus ipsa est morbus
 In maerore et lacrimis consenescere
 In hoc sene est adulescentis aliquid
 Album capillis videri, nec tamen
 ingenio esse senem
 Senilis stultitia senum levium est,
 non omnium
 Multa senem circumveniunt incom-
 moda, vel quod
 quaerit et inventis miser abstinet
 ac timet uti,
 vel quod res omnes timide gelide-
 que ministrat
 dilator, spe longus, iners avidus-
 que futuri;
 difficilis, querulus, laudator
 temporis acti
 se puero, castigator censorque
 minorum

CORPUS HUMANUM

*Corpo umano, Human body, Corps humain,
Menschlicher Körper, Cuerpo humano*

Toto corpore contremiscere
Abundantem esse corporis
Hominem esse exigui corporis
Ingenti corpore cunctis praestare
Corpus athletico victu firmare
Corpus ad quosdam membrorum
flexus firmare
Ad iustum corporis modum (ad ius-
tam corporis proceritatem) adu-
lescere
Corpus foliis (coronis) ornare, re-
dimere

Habitu formaeque corporis esse
optima
Forma praeditum esse praestanti
Honesta magis quam liberali atque
egregia forma esse
Inter multa alia decora, formae
commendationem habere prae-
cipuam
Eleganti forma fulgere, praefulgere,
affulgere, excellere, praestare,
pollere, florere, ornari, exornari
Figura et lineamentis admodum
pulchris esse
Aspectum venustum (formosum)
habere
Ad aspectum esse pulchrum, prae-
clarum
Speciem venustam (formosam) prae-
bere, prae se ferre
Mira esse specie
Unum esse ante alios specie ac
pulchritudine insignem
Eximia esse corporis specie ac de-
core
Virum esse specie ac pulchritudine
insignem
Pulchritudine esse eximia
Omni lepore et venustate affluere
Est in aliquo egregia oris cultusque
dignitas
Vultu pulchro magis quam venusto
esse
Mira in aliquo est oris dignitas ac
forma plane regia

Summa est in aliquo suavitas oris
formaeque dignitas
Incredibili esse venustate, gratia,
decore, formae dignitate, specie
bellissima
Pulcherrimum, formosissimum, ve-
nustissimum, speciosissimum esse
Corporis et lineamentorum confor-
matio, membrorum compositio
est in aliquo venustissima
Alicui decus egregium nitet in ore
venusto

Alicuius forma vacat omni decore
Corpore esse affecto
Forma carere
Multum abesse ab elegantia formae-
que dignitate
Non pauca insunt in aliquo, quae
formam exstinguant, color exsan-
guis, latentes sub fronte oculi,
vultus distortus, ater, maculosus
Aspectum deformem habere, prae-
bere, prae se ferre
Nihil in aliquo est ad aspectum ve-
nusti ac praeclari
Aspectu ipso offendere
Aspectu ac specie paulum horridio-
re esse
Turpis admodum esse oris totius-
que corporis specie
Non parum offensionis habet ali-
cuius deformitas
Non vulgari deformitate esse in-
signitum
Insigniter deformem esse
Ad deformitatem esse insignem
Nihil aliquo deformius, nihil per-
versius cerni fingive posse
Deformissimum, informissimum,
turpissimum, foedissimum, omni-
no deformem esse
Omni decore vacare
Corpus egenum decoris et frontis
Corporis pravitates in aliquo sunt
insignes
Difficilis natura alicui formam ne-
gavit

Formosi corporis spoliū dies aufert
Alicuius pulchritudo deflorescit, evanescit

Alicuius forma, decor, species extinguitur

Caput obnubere, obsolvere, operire, tegere, velare, amictu contegere

Caput aperire

Caput extollere, efferre, erigere, utroque iactare

Adaperire alicui caput

Frontem contrahere, obducere, ostentare, remittere

Sollicitam explicare frontem

Crudelem esse iam ipsa fronte

Verissima fronte aliquid dicere

Frons adducta, aspera, attrita, hirta, nubila, inverecunda, minax, proterva, rugosa, torva, turbida

Frons generosa, laeta, nivea, placida, serena, spatiosa, verecunda

Exarata frons rugis

Porrectiore fronte loqui

Castigatae collecta modestia frontis

Rugis supercilioque aliquem decipere

Facies decora, egregia, formosa, ingenua, praestans, pulchra, rara

Facies deformis, cicatrosa, cadave-

rosa, hispida, rugosa, irata, invisa, maesta, tristis, saeva, torva, trux
Facies esse liberalem, facies esse liberali

Facies insignem (praesignem) esse
Inhonestā (turpi, invenusta) esse facies

Multa in facie deformia habere

Os comprimere, solvere, pertorquere, serenare, in maestitiam flectere

Aliquid ore trahere, tenere

Ore clauso commurmurari

Os laxum, mutuum, silens, honestum, incultum, intonsum, tumidum, ingenuum, sacrificum

Os formosum, niveum, pallidum, renidens, roseum, horrendum, coruscum

Ore deformi (informi) esse

Dentes obscuri fiunt

Sanguinem elicere, mittere

Sanguinem (sanguine) manare (redundare)

Sanguinem vomere

Sanguis ebullit in venis

Coit formidine sanguis

Curare cutem

In cute curanda plus aequo operari

Cutis arida

Cutis se laxat

ADSPECTUS

Aspetto, Countenance, Aspect, Aussehen, Aspetto

Formosi corporis spoliū dies aufert

Corpus foliis, coronis ornare, redimire

Figura et lineamentis admodum pulchris esse

Habitu formaeque corporis esse optima

Corporis et lineamentorum conformatio, membrorum compositio in aliquo est venustissima

Mira in aliquo est oris dignitas, ac forma plane regia

Virum esse specie ac pulchritudine insignem

Forma praeditum esse praestanti

Mira esse specie

Pulchritudine esse eximia

Unum esse ante alios specie ac pulchritudine insignem

Est in aliquo egregia oris cultusque dignitas

Summa est in aliquo suavitas oris formaeque dignitas

Inter multa alia decora, formae commendationem habere praecipuam

Eximia esse corporis specie ac decore

Incredibili esse venustate, gratia, decore; forma, dignitate, specie bellissima

Aspectu ac specie paullum horridiore esse
 Multum abesse ab elegantia formaeque dignitate
 Nihil in aliquo est ad aspectum venusti ac praeclari
 Honesta magis, quam liberali atque egregia forma esse
 Insignem esse ad deformitatem
 Nullam in aliquo est oris dignitas
 Inhonestas esse facie, turpi et invenusta
 Alicuius forma vacat omni decore
 Non parum offensionis habet alicuius deformitas
 Corporis pravitates in aliquo sunt insignes
 Non pauca insunt in aliquo, quae formam extinguant, color exsanguis, latentes sub fronte oculi, vultus distortus, ater, maculosus
 Hominis in aliquo praeter vocem vix quidquam agnoscitur
 Non vulgari deformitate esse insignitum
 Aspectum venustum (formosum) habere
 Speciem venustam praebere, prae se ferre
 Aspectum deformem habere, praebere, prae se ferre
 Aspectu ipso offendere
 Ad aspectum esse pulchrum, praeclarum
 Facie esse liberalem
 Facie liberali esse
 Eleganti forma fulgere, praefulgere, affulgere, excellere, praestare, polere, florere, ornari, exornari
 Insigniter deformem esse

Turpis admodum esse oris totiusque corporis specie
 Nihil aliquo deformius, nihil perversius cerni, fingi posse
 Omni decore vacare
 Deformissimum, informissimum, turpissimum, foedissimum, omnino deformem esse
 Ore deformi, informi esse
 Inhonestas (turpi) esse facie
 Alicuius pulchritudo deflorescit, evanescit
 Alicuius forma, decor, species extinguitur
 Pulcherrimum, formosissimum, venustissimum, speciosissimum esse
 Omni lepore et venustate affluere
 In cute curanda plus aequo operari
 Ad iustum corporis modum (ad iustam corporis proceritatem) adulescere
 Ad iustum modum corporis proceritate adolescere
 Speciem habere venustam
 Decoro corpore, decora facie esse
 Habitu esse haud indecoro
 Visum quandam habere insignem et illustrem
 Optimo esse habitu
 Forma esse ad dignitatem appositam
 Forma esse honesta et liberali
 Forma esse imperatoria, augusta, virili
 Alacri et prompto ore ac vultu esse
 Ore esse confuso
 Speciem viri boni habere
 Minus bona esse corporis habitudine
 In muliebrem figuram habitudinemque formatum esse

SENSUS VIDENDI ET OCULI

*Vista e occhi, Sight and eyes, Vue et yeux,
 Sehkraft und Augen, Vista y ojos*

Oculis cernere, aspicere, circumspicere, collimare, contrectari, haurire, observare, praediscere, tueri, vestigare, lustrare

Oculos attollere (contra aliquem) deicere, dimittere, deponere, torquere, distorquere, flectere, conicere, deficere, intorquere

Graves oculos attollere
 Aliquem contra intueri
 Alicui rei (ad aliquam rem) oculos
 adicere
 Ponere (constituere) sibi aliquid
 ante oculos
 Oculos rei conspectu pascere
 In aliquid (in aliquem) oculos con-
 cere, adicere, inicere, inferre,
 aciem intendere, aspectum con-
 vertere
 Aliquid immoto lumine, (quam
 maxime) intentis oculis (lumini-
 bus), acri et intento animo, stu-
 diose, acerrime contemplari, in-
 tueri, aspicere, inspicere
 In aliqua re defixum esse
 Aliquem oculis prosequi; Oculis ali-
 quem (aliquid) comedere
 Oculos ab aliquo numquam deicere,
 aciem numquam abducere
 Ab aliqua re oculos avertere, dei-
 cere, movere, abducere, abstra-
 here, demovere, revocare, avocare,
 prohibere
 De re aliqua oculos deicere; Onnia
 oculis lustrare
 In omnes partes oculos intendere
 Oculorum aciem intendere
 In omnem partem aspectum con-
 torquere
 Omnia uno aspectu, conspectu in-
 tueri
 Subicere aliquid oculis
 Oculis non satiari
 Intueri aliquid intentis oculis
 Capessere oculis egregium specta-
 culum

Oculi in alicuius vultu habitant
 Stare ante oculos
 Oculos per cuncta passim ferre
 Huc illuc circumspectare
 Oculos superbos circumferre
 Aequis oculis aliquem aspicere
 Irretortis oculis aliquid intueri
 Aliquid veloci oculo percurrere
 Oculos in se atque ora omnium con-
 vertere
 Oculis officere
 Amittere, perdere oculos, lumina
 E conspectu evolare
 Ex oculis alicuius abire

Oculus venustus, caeruleus, niger
 Oculus acutus, argutus, eminens,
 igneus, intentus, modestus, velox,
 fidelis, comis, attonitus, immitis,
 immotus, loquax, malignus, minax,
 perversus, torvus, trux
 Oculi lucent, micant, scintillant,
 ardent, fulgent, nitent
 Oculos acres et acutos habere
 (Ab) oculis valere
 Peracutis et peracribus esse oculis
 Imbecillitate oculo laborare, infir-
 miore visu deceptum esse
 Alicui sunt peracutissima et perspi-
 cacissima lumina
 Lynceo esse aspectu
 Lynceis esse luminibus
 Oculo intendere quantum Lynceus
 Tam acute cernere quam lynx ipsa
 Oculi humanitatis et benevolentiae
 plenissimi, blandientes, laeti, et
 quasi gaudio toti circumspecti,
 testes et iudices propensi

BARBA - CAPILLI - CALAMISTRI

*Barba - capelli - baffi, Beard - hair - moustache,
 Barbe - cheveux - moustaches, Bart - Haare - Schnurrbart,
 Barba - cabellos - bigote*

Ne lanugo quidem alicuius mentum
 obduxit
 Ne prima quidem barba alicuius
 mento inducta est
 Iam lanugo per malas serpit, malas

vestit
 Lanuginem emittere
 Primoris barbae lanuginosis villus
 alicui mentum obduxit
 Primulae barbae lanuginem induere

Primam mento barbam inducere
 Barba crescit, increscit
 Barbam promittere
 Barbam nutrire profusam, submis-
 sam, prominentem
 Barbam alere prolixam
 Bene esse barbatum, barba affatim
 instructum
 Spissa promissaque barba esse
 conspicuum
 Promissa et fluente in pectus barba
 esse
 Barbam exornandam ab aliquo cu-
 rare
 Barbam (de)-tondere, attondere, con-
 cinnare, demere, abradere, (de)
 ponere, metere, resecare, recidere
 Mentum radere
 Tonsori operam dare, faciem cotidie
 rasitare
 Capillum (crinem) promittere, sub-
 mittere
 Crines evocare, alere, nutrire
 Capillus erectus, exiguus, flexus,
 horridus, incultus, humens, ine-
 nodabilis, intonsus, mollis, longus,
 promissus, rigidus, fictus, adsci-
 tus, adventicius, prolixus, rarus et
 cadens, albescens, canus, flavus,
 sufflavus, niger, pullus
 Capillos pectere, componere, dispo-
 nere, comere, concinnare, aptare,
 ferre, torquere, ornare, ungere,
 formare, variare, coronare
 Densum caesarie caput
 Colligere incertos et in ordine po-
 nere crines
 Capillis pectinem adhibere
 Pectine crinem demulcere, deducere,
 detergere, ordinare, distinguere
 Capillum in gradus frangere, for-
 mare

Comas pectere et volvere in orbem
 Capillus leniter inflexus
 Capillo in verticem ad gratiam re-
 flexo
 Crines nodo coercere, cohibere, co-
 gere, substringere, nodare, vincere,
 castigare
 Sparsos per colla capillos in nodum
 colligere, cogere
 Defluentem capillum continere, re-
 tinere, confirmare, cohibere
 Implicare comas sertis
 Fronde comas vincere
 Capillamento uti
 Crines innectere lauro
 Crispere crinem anulatim
 Crines perfundere amomo
 Compto ac delibuto capillo
 Capillus unguentis affluens
 Calamistros adhibere
 Coma calamistrata, unguentis deli-
 buta, madens
 Frontem calamistri notare vestigiis
 Capillum calamistris inurere
 Crines calamistro convertere
 Capillorum cirros excitare
 Capillorum cincinnos intorquere,
 implicare, involvere, convolvere
 Deficientem capillum a vertice re-
 vocare
 Capillo fluenti mederi
 Inornati capilli collo pendent
 Agitat aura capillos intonsos
 Capillos lacerare, laniare, resicare,
 rumpere, siccare, turbare
 Tonsori capillum rescindendum prae-
 bere
 Curare sibi capillum tonderi
 A tonsore magistro pecti
 Vertice raso caput habere
 Omni parte corporis rasa praeter
 caput et labrum superius

Vox

Voce, Voice, Voix, Stimme, Voz

Vocem mittere, emittere, proferre,
 egerere, exprimere
 Vocem componere, mutare, mode-
 rari, flectere

Vocem tollere, attollere, extollere,
 efferre, intendere, contendere, au-
 gere, iactare
 Vocem remittere, submittere, depri-

mere, comprimere, suppressere,
 includere, deducere
 Vocem reficere, conservare, firmare
 Vocem imo e pectore fundere
 Vocem ad sidera effundere
 Vocem ultra vires urgere
 Magna, clarissima, peracuta voce
 dicere
 Clara liberaque voce clamare, magna
 voce inclamare, alta voce con-
 clamare
 Voce demissa (infracta) loqui
 Vox obtunditur
 Vocem anhelam expromere
 Includere voces
 Vocem inflexu modulationis tor-
 quere

Vocem ad sonum flectere, submit-
 tere
 Longas in fletum ducere voces
 In profundenda voce omne corpus
 intendere
 Vocem ex aliquo elicere
 Missa caelesti voce recreari
 Bona, mala esse voce
 Absona et absurda vox
 Voce valere, deficere
 Rauca esse voce
 Neminem voce pleniore aut suaviore
 audisse
 Alicuius vox mulierem sonat
 Hominis in aliquo praeter vocem
 vix quidquam agnoscitur

RESPIRATIO

Respirazione, Breathing, Respiration, Atmung, Respiración

Interclusus spiritus aegre, liberius,
 arcte meat, commodius ducitur
 Spirandi difficultas fauces strangu-
 lat, relaxat
 Noxius humor spiritum intercludit,
 animam reciprocare sinit
 Noxius humor animam comprimit,
 laxat
 Vix aequabilem tantisper spiritum
 trahere
 Anhelitum nonnumquam recipere
 Pulmones ductam animam respirant
 et reddunt
 Nullum umquam tranquillum et
 otiosum spiritum ducere
 Aërem spiritu ducere
 Legiones uno spiritu diffilare
 Animam aegre ducere

Fatigatos anhelitus trahere
 Angustior alicui est spiritus
 Vis morbi animam comprimit
 Spirandi difficultate laborare
 Animam continere, comprimere
 Aegre animam (halitum) trahere,
 ducere
 Anhelantem spiritum ducere
 Halitu prohiberi
 Anima intercluditur
 Anhelitum reddere ac recipere
 Cibus animale ducere
 Spiritum haurire, mittere
 Animum (spiritum) reciprocare
 Halitum exspirare
 Spiritum intercludere, includere,
 praecludere

MOTUS

Movimiento, Movement, Mouvement, Bewegung, Movimiento

Locum mutare in animo est
 De discessu (discessum) cogitare
 In animo habere se longius auferre
 Discessum spectare, meditari

Migrandi alicui consilium est
 Iam dudum profectionis consilia
 volvere
 Alicuius animus est in discessu

Ab aliquo loco discedere
 Caelum, tellus discedere
 Pedem ex aliquo loco egredi, efferre
 Viam abire
 Iter aliquo apparere, suscipere, petere, ingredi, habere, facere, dirigere, convertere, maturare, aggre
 Iteri (viae) se committere
 Romam terrestri itinere petere, contendere
 Longum graveque iter instat
 Romam iter suscipere pedibusque conficere
 Athenas petere
 Athenas se recipere, traicere, transire, concedere, excurrere, iter inire, convertere
 In Graeciam tendere, proficisci
 Multa passuum milia decurrere, pervolare
 Cisiis in urbem advolare
 Mirabili alacritate progredi
 Publicis (citatis) equis contento cursu ad urbem festinare
 Multa passuum milia itinere emetiri
 Per dispositos equos meredibili celeritate in urbem evolare
 Presso, sedato gradu, tardius, segnius incedere, progredi
 Meritoriis equis citato cursu ad urbem contendere
 Placide, libratiss vestigiis incedere
 Suspenso gradu, vestigio, tacite, furtivo pede adrepere
 Gradu clementi et silentio incedere
 Ea incitatione ferri, ut celeritas, quanta sit, ne cogitari quidem possit
 Festinatione, pernecitate et velocitate praepropera uti
 Celeritates suscipere incredibiles
 In sole, lente ambulare

Maria ambulare, terram navigare
 Ambulationem ruri conficere
 Coeptum iter pergere
 Iter insistere
 Cursum perseverare, exsequi
 Iter suppressere
 Itinere desistere
 Profectionis consilium abicere, dimittere
 Aestuosa et pulverulenta via iter conficere
 Iter parum commode explicare, iniquitate locorum viae errores ubique implicant
 Profectio ea fuit, in qua et luctandum alicui cum tenacissimo sabulo et vestigiis cedente, et cum via inepta, qua aegre moliuntur pedes
 Pedibus iter conficere
 Equo (curru, vehiculo) iter agere
 Iusta itinera habere
 Iter auspiciato suscipere atque conficere
 Lectica iter habere
 Curru quadriiugi (quadriiugo), seiugi (seiugo) iter conficere
 In itinere longinquiore versari
 Longam viam conficere
 Mari iter habere
 Terrestri via iter agere
 In varia loca excurrere
 Diuturnam viam inire, instituere, ingredi
 Longius iter aggredi, capessere, ingredi
 Peregre, agere, degere, esse, versari
 In diuturna via esse, versari, agere
 Se in viam (viae) dare, committere, accingere
 Iter suscipere, carpere, arripere, ingredi, aggredi

VICTUS

Vitto, Food, Nourriture, Nahrung, Alimento

Moderato cibo naturae desideria explere
 Cibo se reficere, corpora curare

Liberaliori victu, obsonio corpora, vires firmare
 Cibaria sumere

Cibos captare avido ore
 Praediorum fructibus sustineri, spiritum et vitam ducere, propagare
 Alimenta praediis expedire
 Quasi nutricula habere praedia
 Lacte atque pecore vivere, vitam tolerare
 Curandis agnis victitare, victum sibi quaerere
 Praediorum fructus alimenta alicui subministrant, victum praebent, opportuna alicui vitae subsidia conferunt, adiciunt
 Cibo immodico se ingurgitare, obruere, abdomen distendere, alvum degravare
 Cibo et potione onustum esse
 Eo cibo uti qui suavissimus sit, et ad consequendum facillimus, qui inflationem nullam habeat
 Cibo maesto ore excutere
 Tenui victu vitam sustentare, propagare, tolerare, famem propulsare
 Lacte ac leguminibus vivere
 Tenui victu cultuque delectari
 In cibi potionisque modo egregie sibi imperare, moderari
 Cibi potionisque in aliquo est intra naturale desiderium usus
 Cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modum finire
 Tantum cibi potionisque adhibere, ut vires reficiantur, non opprimantur
 Cibum capere, sumere
 Iucunde, opipare, apparate edere et bibere
 Cibo et potione se distendere
 Vino ciboque corpus liberalius onerare; ventrem cibo potuque distendere
 Alicui omnem in cibo modum, omne

iudicium, omnem prope rationem gula eripit
 Epulis distendi, tumescere, onerari
 Ad satietatem comedere
 In cibum se ad satietatem immergere
 Se escarum immoderatione saburra onerare, implere
 Humi cibum capere
 Pane tantum vitam (se) sustentare, famem tolerare
 Aliquid cibum adicere
 Vitam comessando traducere, agere, ducere
 Alicui cibum obicere, subministrare, adhibere, suppeditare, apponere, admove, praebere, inferre, administrare
 Aliquem cibo nutrire, pascere, nutricari, sustentare, reficere
 Modice vescentis habitum ore praeferre, assumere, simulare
 Se in mensa minimi cibi esse simulare
 Inter vescendum delicias facere
 Aliquid ad panem (pani) adhibere, adiungere
 Cibos solidos, integros haurire
 Vescendi appetentiam arcessere, ciere, excitare, suscitare, irritare, provocare, conciliare
 Edendi cupiditas se exerit
 Cibi cupido sensim erumpit
 Escae desiderium paulatim emicat
 Cibo se recreare
 Mensae accumbere
 Tantum cibi et potionis adhibere quantum satis est
 Se cibis ingurgitare
 Iustum cibi modum sumere
 Adhibere aliquid ad panem
 Ex eadem mensa vesci
 Cibis inemptis mensas onerare

FAMIS

Fame, Hunger, Faim, Hunger, Hambre

Fame premi, laborare, confici, cruciari, suffocari, macerari, enecari, necari, iugulari, absumi, exstingui, extabescere

Inediam vix iam ferre
 Inedia fatisci
 Fames aliquem urget
 Vacuus alicui venter crepitat

Stomachus exinanitus turbas dat
 Prae fame vix spiritum trahere
 Exinanitum ventrem, sed famem
 integerrimam afferre, apportare
 Demensum suum venter flagitat
 Extremam sustentare famem
 Famem laete tolerare, propulsare
 Cibo famem depellere, explere, se-
 dare, saturare
 E vita per inediam discedere
 Esauritionem alicui facere, inferre
 Aliquem esaurientem, famelicum
 facere, ad famem adigere

Aliquem inedia premere, vexare, ma-
 cerare
 Aliquem a commeatu intercludere
 Fame iugulari, suffocari, confici,
 enecari
 Fame mori, absumi, consumi, pe-
 rire, interire
 Aliquem fame enecare
 Famem compescere
 Famis patientem esse
 Famem explere
 Integram famem ad cenam afferre
 Famem ambulando obsonare

SITIS

Sete, Thirst, Soif, Durst, Sed

Ore bibere imperturbato
 Sitim adducere, accendere, incen-
 dere, exaugere, inferre, inflam-
 mare
 Sitis ardorem ciere, movere, pro-
 vocare
 Siti affici, tentari, teneri, urgeri,
 premi, ardere, exardescere, con-
 flictari, mori, emori, perire, ene-
 cari, exarescere, consumi, fatigari,
 laborare
 Siti cruciari, premi

Sitim levare, restinguere, abigere,
 explere, exstinguere, satiare, rele-
 vare, pellere, cohibere, reprimere,
 compescere, prohibere
 Sitim potione depellere, ponere, ex-
 pellere
 Bibendi cupiditatem longa siti ac-
 censam eximere
 Sitim haustu gelidae fontis in unda
 deponere
 Rabidam sitim undis excutere

VESTES

Vesti, Clothing, Vêtement, Kleidung, Vestido

Vestem induere, mutare, colligere,
 torquere
 Vestiri aliqua re
 Pallium humeris inicere, in collum
 conicere
 Humerum pallio onerare
 Calcea et vestimenta sumere
 Pallio se tegere, amicare
 Se ipsum veste induere, amictu
 convestire
 Alicui (sibi) vestitum (vestem) indu-
 ere, indumentum adhibere, cor-
 poris tegumentum obducere,

amictum inducere
 Aliquem vestire, convestire, investi-
 re, induere, amicare, amictu tegere,
 veste induere
 Vestem alicui detrahere, colligere
 Dolorem suum vestis mutatione de-
 clarare
 Vestimentum facere (vestem), con-
 ficere, sarcire, resarcire
 Albatum, stratum, pullatum, serica-
 tum, coccinatum, inornatum, sor-
 didatum esse
 Pannis obsitum esse

In externum habitum mutare corporis cultum

Nove vestitum esse

Habitu moris antiqui vestiri

brevia, longa (prolixa) induere

Brevibus (curtis), longis (prolixis) indui, amiciri

Brevi (curta), longa (prolixa) cum veste procedere

Brevi, longa (prolixa) veste ire, incedere

Crure tenuis medio tunicam (vestem) succingere

Ad talos toga demissa

Cultu corporis uti, ornari, quo aliqui solent

Vestitu ceteroque cultu corporis nitido, venusto esse

Scite coli

Vestium luxui indulgere

Multa cum munditia et circumspecte compositeque indui et amiciri

In cultu vestium novando sibi nimis indulgere

Vestis alicui bene adhaeret, sedet

Vestis aliquem capit

Aestive vestire

Unionibus vestem distinguere, interdistinguere, contexere, intexere, intertexere, variare, illuminare

Veste uti auro gemmisque distincta

Auro et purpura conspici

Veste auro intexta (illusa), gemmisque adornata omnique peregrinae opulentiae cultu splendidus, conspicuus

Ad ceterum amictum toga et talari pallio se supervestire, superinduere, superintexere

Ceteris vestibus et toga et pallium amplius superinducere, superinduere

Sese calceare

Calces pedibus induere

Talaria sibi induere

II

OPUS

Lavoro, Work, Travail, Arbeit, Trabajo

Semper operis aliquid facere
Improbo labore pene se conficere;
laborem unum ex alio capere
Noctes adeo totas operi dare
Quotidiana opera pene se frangere
In aliqua re operam quotidianam
edere
In aliquo opere omne vitae suae
curriculum conficere
In aliqua contentione operam uti-
liter ponere, consumere
In aliquo labore nervos omnes aeta-
tatis industriaeque contendere
Laborem sumere, subire, exhaustire,
capere, suscipere, ferre, sustinere,
finire
Magnos et diuturnos in aliquo opere
exantlare labores
Diu iam in aliquo negotio desudare
atque elaborare
Diu iam in aliquo pistrino haerere
Multis oneribus susceptarum rerum
premi
Assiduis laboribus et vigiliis confici
Multum sibi oneri imponere, iniun-
gere
Deprimit aliquem laborum moles
Multis magnisque perfungi laboribus
Laborem suscipere
Omnem vitae cursum in labore ac
contentione conficere
In aliquod negotium magnam animi
contentionem adhibere

In arduam contentionem vocari
Magna alicui de vita ac salute con-
tentio impendit
A contentione quotidiana animum
laxare
Arido solo, campo infructuoso, are-
nae semina mandare, committere
Oleum ac operam perdere
Operam inutiliter consumere
Inani studio ductum operam ludere
Multo labore nihil agere, nihil pro-
ficere
Irato genio in rem ingredi
Spern sequi caecam et incertam
Studium omne ac operam inutiliter
locare
Laboribus propemodum obrui
Innumeris laboribus premi, distrin-
gi, exerceri, frangi, opprimi
Multiugis curis vigiliisque alicuius
animus excutitur
Alicui labor labore cumulatur, veluti
unda supervenit undam
Seipsum paene laboribus enecare, di-
lacerare
Animum simul et corpus laboribus
fatigare
Vitam parce ac duriter agere
Pertinaci labore victum sibi quae-
ritare frugique vivere
Lavori supersedere
Ad tempus laborem intermittere

Magnum laborem assumere, sustinere	Actum agere
In aliqua re multum operae ac laboris consumere	Frustra operam conterere
Operoso labore defungi	Operam frustra insumere, male ponere, locare
Magnum laborem exantlare	Magno labore nullum operae pretium factum est
Laboriosae operae curriculum emetiri	Inanem operam sumere
Multo se labore obruere, opprimere, enecare	Opera abuti
Solidam diem laborare, desudare	Nec quidquam, incassum multum tempus conterere
Alicui laborem imponere, iniungere	Nugas agere
Aliquem labore exercere, urgere	Multa cura ac labore momenti nec quidquam factum est
Nullam sibi a labore vacationem esse, admittere, suscipere	Aethiopem abluere
Diuturnos labores sibi assumere, peragere	Laterem lavare
In assiduo labore esse	Asinum tondere
Assiduum laborem obire	In aqua scribere
Operam sumere, suscipere multi sudoris ac contentionis non mediocris	Cribro aquam haurire
Onus grave ac multiplex in se recipere, suscipere	Lapidem verberare
Multis magnisque perfungi laboribus	Mortuo verba facere
Laborem subire, suscipere, ferre, sustinere, finire, exhaurire, capere, sumere	Senem docere
Multum laboris in aliquid (in aliqua re) insumere, impendere, consumere	Surdis canere
Nervos omnes aetatis industriaeque in aliquo negotio contendere	A pumice aquam quaerere
Omne vitae suae curriculum in aliquo opere conficere	Litus arare
In aliqua re industriam ac vigilandi laborem expromere	Cum Deo pugnare
Diu in aliquo pistrino haerere	Inanem laborem suscipere
In aliqua re operam aliis praebere	Cum larvis luctari
Multae esse industriae et magni laboris	Mare exurere
Eum esse, cui de communi quidem otio otiosum esse liceat	Studium inutiliter ponere, locare
Diu iam aliquod saxum volvere	Alicui rei faciendae operam dare
Diu iam aliquem laborem terere	Operam ac laborem in aliqua re consumere
Onus laboris maximum in se recipere, suscipere	Pro aliquo laboribus se frangere
Omnia agendo nihil demum agere, nihil proficere	Alicui elaborare
Oleum et operam perdere	Labori superesse
	Nihil sine magno labore vita dedit mortalibus
	Ad opus faciendum accedere, opus aggredi, opus facere, in opere faciendo occupatum esse
	Ad laborem nullam partem noctis intermittere
	Annuam operam dare
	Operam perdere, frustra consumere
	Mercede conductum esse
	Multum operae laborisque in aliqua re consumere
	Sine opere, negotiis esse
	Negotiis vacare, vacuum esse

VIREs

Forza, Strenght, Force, Kraft, Fuerza

Egregium, validum, fortem, firmum,
robustum esse

Virium firmitate praestare

Virium gloria virente florere

Corporis robore anteire

Corpore vigere, valere

Maximis esse corporis viribus

Non sine nervis ac viribus esse

Firmiore corpore esse

Firmitate corporis excellere

Virium robore insignem esse

Roboris magni esse virum

Firmiorem esse a viribus

Viribus ingens, bellatorque primus

Bonis esse viribus

Paratum esse a viribus

Viribus esse ad laborem ferendum
firmis

Vires facere, colligere, capere, fir-
mare, recipere, redintegrare, inhi-
bere, temperare, convalescere

Corpus confirmare

Alicuius vires explorare, consulere,
libare, periclitari, probare, expe-
riri

Virium alicuius periculum facere,
experimentum capere

Omnibus nervis contendere

Vires infringere, effundere

In aliqua re vires exercere

Vires alicui dare in rem aliquam

Omnes nervos incidere (aliqua re)
exsercere

Vires alicui desunt (aliquem dese-
runt)

Vires deficiunt, recedunt, abeunt;
Imminui, extinguere, effluere, exte-
nuari, consenescere vires alicuius
incipiunt

Viribus destitui

(A) viribus defici

Alicui vires corporis minuere, di-
minuere, comminuere, infirmare,
debilitare, auferre, affligere, adi-
mere, carpere, exhaustire

Vires recipere, reficere, recuperare,
refovere, confirmare, recolligere,
recreare, reparare, (amissas) revo-
care

Ad pristinas vires redire, se revo-
care

NISUS

Sforzo, Effort, Effort, Anstrengung, Esfuerzo

Pro virili parte (qua licebit) eniti
Studiosissime, quoad res patietur,
contendere

Quantum in se est (situm est) ad-
niti

Operam dare et elaborare

Omnes persequi vias, quibus ad ali-
quid perveniri potest

Odorari omnia sagacissime

Animum in omnes partes versare,
agitare

Omnium animos tentare

Sensus omnium mentesque degusta-
re, explorare

Nihil ad summam diligentiam sibi
facere reliqui

Ad omnia niti

Ad vim etiam et armatas preces
animum convertere

Nervos omnes contendere, intende-
re, adhibere

Summa ope niti

Nulli opere parcere

Toto pectore ad rem incumbere

Operam omnem aliquo conferre

Pro viribus agere

Omnibus opibus viribusque repugnare
 Usu tractando cognoscere
 Omnia gustare
 Nihil non tentare
 Nihil inexpertum et intentatum relinquere
 Omnia periclitari
 Periculum facere
 Rerum omnium experimentum capere
 Ultima experiri
 Nullum non movere lapidem
 Plus quam pro virili parte adniti
 Plus quam pro virili parte oneris ac muneris suscipere
 Paulo etiam longius, quam officii fines postulent, progredi
 Amplius etiam, quam officii ratio postulet, ab aliquo expectare
 Plus etiam, quam pars virilis postulat, oneris subire
 Supra vires alicuius industria se extendit
 Omni opera ac diligentia, summa vi ac ope eniti
 Omnibus viribus contendere, conari, laborare, curare, eniti, adniti
 Ad aliquam rem quidquid sibi est industriae, curae, operae, diligentiae conferre
 Quantum in se est, (situm est) quantum potest, quam maxime potest,

cunctis viribus ac nervis elaborare
 Summam, quantum potest, diligentiam summumque studium adhibere
 Studio contendere, quam licet maximo, summo prorsus, quantum potest esse maximum
 Pro virili, pro sua virili parte, quantum quidem praestare potest, quantum consequi viribus licet agere
 Nullum studium, nullam operam aut industriam praetermittere
 Aliquo curas cogitationesque referre, intendere, consilia dirigere
 Omnes machinas, omnem lapidem movere, adhibere
 Velis remisque (summa ope) contendere
 Totis nervis invigilare
 Pro virili parte allaborare
 Toto pectore ad aliquid incumbere
 Ad extremum descendere consilium
 In primis praeter ceteras res, praecipue, potissimum. ante omnia, unum curare, laborare, studere
 Omnes vires animi atque ingenii profundere
 Omni studio conari
 Omni industria laborare
 Omnes nervos contendere, intendere
 Omnium virium contentione certare, adniti

LANGUOR

Stanchezza, Tiredness, Fatigue, Müdigkeit, Cansancio

Vires aliquem lassitudine deficiunt
 Fessum cursu corpus trahere
 De via fessum procumbere
 Iam lassitudine vires effluere
 Longa via lassum aliquem reddidit
 Cursu exanimari et lassitudine confici
 Longa de fatigatione alicui membra succidunt
 Lassitudo aliquem tenet

Alicui longa lassitudine membra fluunt
 Itineris longitudo aliquem in languorem dat
 In opere longinquo et itinere sese terere
 Quidquid virium est alicui, in itineris longitudine prosternitur
 Defatigatione continuati itineris graviter affici

Itineris labore frangi
 Vires lassitudine defluunt, effluunt,
 decidunt, dilabuntur
 Corpus defatigatione et exercitatio-
 ne ingravescit
 Labori succumbere
 Aliquem fatigare, defatigare, lassi-
 tudine afficere, in lassitudinem
 dare, labore frangere, conficere,
 lassare
 Alicui lassitudinem creare, parere
 De via languere

Alicuius lassitudinem abstergere, de-
 tergere, delere, discutere
 Aliquem a lassitudine, recreare, refi-
 cere, restituere
 De via lassum, defatigatum, lassa-
 tum, languentem esse
 Labore viae defessum esse
 Labore fractum, confectum, lan-
 guentem esse
 Itineris labor aliquem graviter affi-
 cit, affligit
 Longi itineris labor aliquem defa-
 tigmat, lassat

QUIES

Riposo, Rest, Repos, Ruhe, Descanso

Otiosam aetatem et quietam agere
 Loco vivere quietis et tranquillitatis
 plenissimo
 Vitam tranquillam, remotam, a pro-
 cellis invidiarum et iudiciorum
 anfractu sequi
 In viam beatae, placatae, tranquil-
 lae vitae se totum referre
 Tranquillis rebus, tacitis et pacatis
 uti
 In utramque, ut aiunt, aurem dor-
 mire
 Animis vacuis, sine tumultu atque
 periculo iucundissime respirare
 Ad quietem ire
 Quietem se tradere
 Quietem sumere
 Quietem capere
 Quietum animo vivere
 Quietum esse
 Vitam traducere quietam et otio-
 sam
 Vitam traducere quiete
 Vitam in quiete degere
 Otium et clementem vitam sequi
 Solutis animis esse
 In otio esse
 Lassitudinem brevi quiete sedare
 Quietem se dare
 Nihil negotiorum gerere
 Conticescit negotiorum tumultus
 Tranquillum pacem agere

Cura domesticarum ac forensium
 rerum animis defluxit
 Vacatio est a rebus gerendis
 Negotiorum nihil est
 Quies est a negotiis
 Quiescunt negotia
 Ferae sunt a negotiis
 Per negotia quietum esse
 Tranquillum atque otiosum spiritum
 ducere
 Animo consistere et ad otium se
 referre
 Conquiescere et animo esse vacuo
 Quieta mente consistere
 Aliquam alicui quietis partem im-
 pertire
 In (ad) otium et quietem se referre
 A labore quiescere, interquiescere
 Quietem se reficere, corpus recreare
 Se quieti ex labore dare
 Cessatione vires reficere
 Quietem agere
 In quiete degere
 Quietem alicui dare, concedere, in-
 dulgere
 Nullam alicui quietis partem relin-
 quere
 Non pati aliquem ullo modo qui-
 escere
 Aliquem respirare non sinere
 Tranquillo animo (quieta mente)
 consistere

Rerum nihil gerere et negotiis
quiescere
Vagationem a rebus (quietem a ne-
gotiis) concedere

Negotia non geruntur
Quiete frui, agere, vivere
Quietam vitam ducere, agere

SOMNUS

Sonno, Sleep, Sommeil, Schlaf, Sueño

Alicuius oculis somnus irrepsit
Aliquem sopor invadit
Gravis alicui somnus incessit
In somnum converti
Somnus alicui obrepit
Alicuius artus sopor occupat
Ultra Endymionem somno indul-
gere
Tu satur irriguo gaudes turgescere
somno
Immodico se saginare somno
Aliquem plumae effoeminant
Epimenidis somnum sequi
Aliquem excutere somno
Alicuius somnum excutere
Aliquem e Morphei tenebris edu-
cere
Aliquem expergefacer
A somno aliquem excitare, solvere
Stratis corripere corpus
Quietem corpus dare, se tradere
Cubitus ire, se conferre, discedere
Lecto se commendare
Corpus, diurnis laboribus fatigatum,
quieti mandare
Somni alicui copiam facere
Alte et graviter dormire
Arcissimus aliquem somnus com-
plexus est
Somno victum, quietem corpori
haud parce dare
Artus languidos longo sopore pla-
care
Gravatam animi anxietate corpus
diuturno somno reficere
Corpus somno solum sine cura
tota nocte quievit
Totam noctem somno transmittere
Somno continenti noctem agere, du-
cere, traducere, transigere
Somno liberaliter indulgere

Somnum in lucem extrahere
Somno fessos artus pascere, in
multum diem irrigare
Somno liberalissime acquiescere
In lucem quiescere
In altum diem stertere
Alte condormire
Gravi altoque somno opprimi
Sopor aliquem graviter opprimit
Lectum petere
Ad quietem se componere
Noctem sine somno, vigilem, in-
somnem, somno vacuam, somno
expertem agere, peragere, ducere,
traducere
Nox aliqua alicui insomnis, inter
insomnia abiit, effluxit
Perpetua vigilia vexari
Insomnio laborare
Quietis nullam partem capere
Somnus alicuius oculos effugit
Alicuius oculis somnus numquam se
offert
Noctem totam pervigilare
Suis oculis somnum non videre
Omnes noctis partes alicui somni
expertes fluunt
Alicuius species per somnum, per
quietem, in somno alicui offertur
Alicuius species per somnum ali-
quem exagitat
Nocturna alicuius imagine confundi
Vehementer aliquem somnus urget
Somnum capere, videre, vix tenere
Somnum vix tenere
Somnum capere
Somno aliquem privare
E somno excitare, suscitare
In quiete (secundum quietem) sae-
pe sibi videre aliqua et audire
videri

Somnum conciliare, reperire, impedire, adimere, eripere
 Perpetuo totius noctis insomnio laborare
 Se nimio somno dare, tradere
 Somno grandi opprimi, sepeliri
 Alicuius somnum interpellare, interturbare
 Dormienti obstrepere
 Alicui somnum auferre, prohibere, ciere, excitare, creare, arcessere, inducere, afferre

Somnum recuperare, repetere
 Alicui in somnis (in quiete, secundum quietem) aliquis se videndum praebuit
 Dare operam somno
 Somno se reficere
 Nocturna quiete corpus levare, recreare, reficere
 Somnum petere
 Cubitum discedere
 Somno convivere

DEBILITAS

Debolezza, Weakness, Faiblesse, Schwäche, Debilidad

Vires aliquem deficiunt
 Debilitatum et abiectum esse
 Languore exanimatum esse
 Aliquem minus firmum, validum, valentem, robustum, infirmiore, imbecilliore reddere
 Vix ac ne quidem de vetere alicuius vigore apparet, superat, reliquum est
 Diuturnitate, vetustate alicuius vigor contabuit, obscuratus est, exolevit
 Alicuius ardor consenuit
 Defluit aetas ac veluti longo intervallo viriditatem amittit
 In senium labi, esse praecipitem
 Senium attingere
 Senio et aegritudine affici, confieri, confici
 Magna in aliquo est virium imbecillitas
 Imbecillioribus viribus esse
 Viribus defectum, exhaustum esse
 Infirmiore corpore esse
 Corpore uti non satis firmo
 Ad infirmitatem, ad imbecillitatem, ad tenuitatem corporis aliquem adigere, adducere

Corporis dignitas et oris gratia obsolescit
 Corpus labitur, consenescit, ad extremam venit tabem
 Ingenii acies hebescit
 Animum submittere
 Animum contrahere, demittere, despondere
 Animo deficere, concidere, contrahi, succumbere
 Animus aliquem deficit, destituit, relinquit. Repentina vis mali sensum animi expulit
 Repente deficientem vix spiritum ducere
 Subita animi defectione in genua subsidere
 Exanimi similem corruere
 Inter suorum manus pro mortuo collabi
 Exsanguem et mortuo similem concidere
 Ita animi sensu capi, ut vita discessisse videatur
 Oculis caligine confusis collabi, ne mentis quidem compotem
 Caligine oculis offusa veluti moribundum extendi

MORBUS

Infermità, Infirmary, Infirmité, Krankheit, Enfermedad

Stomachi vis alicui debilitata est,
 iacet
 Stomachus parum concoquit
 Minus bene (male) se habere
 Minus (haud prospere, haud probe,
 non optime sane) valere
 Valere ut solent quibus cum medi-
 cis res est
 Parum prospera (infelici, nequa-
 quam firma, parum secunda, du-
 bia; paulo infirmiore, imbecilla,
 non optima, satis affecta; infer-
 tiore, mediocri, haud sane com-
 moda, mala, adversa, perquam
 incommoda, infausta, ditiosa, vix
 tolerabili) valetudine frui
 Valetudinis (firmitudinis, virium,
 roboris) minus est
 Perdita esse valetudine
 In morbum delabi, cadere
 Infirma alicui est valetudo
 Morbo aegrum decumbere
 Aliquem vis morborum adorta est
 Morbis infestari
 Ingravescit (crescit) alicui morbus
 in dies
 E morbo recreari
 Meliuscule alicui est
 Melius alicui fit in dies
 Incipit res melius ire
 Vires corporis in dies recipere
 Corpus in dies vigorem recuperat
 Non plane a morbo convalescere
 Levare morbo se sentire
 Morbus aliquando remittit, mox re-
 crudescit (crudior fit), nonnum-
 quam intermittitur, deinde sese
 recipit
 Ad sanitatem redire
 Ex morbo emergere
 Morbo levare
 In morbo esse sane difficili ac peri-
 culoso
 Adversa alicui valetudo incidit
 Morbum, adversam valetudinem
 contrahere

In dies crescit morbus et ingra-
 vescit
 Ad morbi vehementiam nova in dies
 fit accessio
 Morbi vis lassatur, senescit et re-
 mittit
 Morbi fit inclinatio ad sanitatem
 Corpore esse effeto, fracto et debi-
 litato
 Valetudine uti infirma, imbecilla,
 incommoda, tenuit, affecta
 Viribus esse parum firmis
 Minus belle valere
 Virium imbecillitate laborare
 Valetudinis, firmitudinis, virium, ro-
 boris alicui est minus
 Morbo defungi
 E morbo evadere
 Ex gravissimi morbi longinquitate
 recreari
 Amissam valetudinem paulatim re-
 cuperare, confirmare
 Ex afflicta valetudine paulatim
 emergere
 Languore et valetudine sensim le-
 vari
 Melius (meliuscule) est alicui; Salu-
 britatem toto corpore percipere
 Viribus adhuc necessariis carere
 Adhuc sine nervis esse
 Ex intestinis, renibus, pedibus, sto-
 macho laborare
 Stomachus alicui languet
 Stomacho esse languente
 Stomachus parum valet
 In morbum incidere
 In morbo esse
 Morbo affici, affligi, opprimi, labo-
 rare, corripere
 Morbum remove (repellere)
 E morbo recreari
 Ex morbo evadere
 Sanum ex morbo fieri
 Medicamento sanum fieri
 Gravi morbo aegrum esse, affici, af-
 flicti

Ex gravi et diuturno morbo infirmum esse

Morbo aliquo absumi

Valetudo flaccescit, claudicat

Valetudine esse valde imbecilla

In morbum cadere, delabi, implicari, incidere, incurrere

Morbo opprimi; corripui, implicari, infectari, levare, urgeri, impediri, teneri, affici, affligi, intabescere, exerceri, conflictari, tentari, circumveniri, constringi, afflictari, occupari, debilitari, frangi, cruciari, languere, laborare, confici, torqueri, vexari

Valetudinis quodam genere tentari

In morbo cubare

Ex gravi diuturnoque morbo infirmum esse

Graviter aegrum esse

Incommoda alicui est valetudo

Aliquem ingens vis morbi adorta est

Morbum nancisci

Valetudine adversa uti, prosterni, premi

Morbo decumbere oppressum

Pessime valere

Utrumque (non optime) valere

Secus aliquis valet quam vellet

Sic valere ut solent quibus cum medicis res est

Gravi (vehementi) morbo (febri, dolore) cruciari (vexari, laborare, afflictari)

Alicuius res male habet

Male se habere

Sic aliquis valet ut antehac peius numquam

Esse valetudine haud sane comoda (incommoda, perquam incommoda, infelici, parum prospera, parum secunda, mala, adversa, infausta, imbecilla, dubia, mediocri)

Ea esse valetudine qualis hostibus optatur

Pessime valere

Adversa valetudine teneri (deteneri, oppressum decumbere)

Imbecillitate valetudinis occupari

Aliquem aegritudinis casus lecto affixit

Alicuius corpus pertentatum indolescit

Alicuius morbus in dies ingravescit, aggravescit, exasperatur

Gravi vulnere saucium esse

Letaliter vulnerari

Ad cruorem saucius

Plagifer totus

Variis modis consauciari

Hiulcum (grave) vulnus accipere

Multis esse vulneribus obrutum (affectum)

Bonae valetudinis dispendium egisse

Aliquem morbus exhaurit

Ad tuendam valetudinem satis vigilare

Morbo ad desperationem usque medicorum laborare

Dolorem mitigare (sedare, fugare, sopire, levare, pellere, sanare, medicari)

Morbo arte succurrere (mederi)

Pristinam valetudinem assequi

Confirmatum a morbo omnino esse

Nondum satis firmo esse corpore

Non recte habere

Valetudine esse infirmiore

FEBRIS

Febbre, Fever, Fièvre, Fieber, Fiebre

Febri iactari, afflictari, corripui, tentari

Lentis febribus detineri

Febrim nactum esse

Quartanam pati

Incommoda valetudine febris emerit

Febris accedit, desinit, pares accessiones habet, levatur, continuat, per accessiones inerescit, per discessionem mollitur, circuitum habere solita finitur
 Febris se inclinatur, et iam sine horrore est
 Febris assidue inhaeret
 A febris relinqui, liberari
 In febriculam incidere satis molestam
 Alicui febrem movere
 Aliquem febrem afficere
 Febre laborare, teneri, iactari, vexari, destineri, divexari, agitari
 Febrem habere, febricare, febricitare
 A febre calere, concalere
 Febris caloribus agitari, vexari, iactari

Febre ardere, aestuare
 Febris aestu divexari
 A febre cohorrescere
 Febrili horrore vexari, agitari, iactari
 Febris gliscit, invalescit, augetur
 Febris remittit
 Febre absolvi, expediri, liberari, liberum fieri
 Febre ex toto carere, vacare
 Incommoda valetudine febris emer-
 sit
 Febris ex toto quievit, evasit
 A febris iam relictum esse
 Febris iam sine horrore est
 Pulsum venarum attingere, venas tangere
 Ex diastole ac systole cognoscere
 an febris aliquem occupet

VULNERA

Ferite, Wounds, Blessures, Wunden, Heridas

Plagam mortiferam alicui imponere
 Aliquem graviter vulnere afficere; plagis sauciare
 Alicuius corpus plaga imposita cruentare
 Graviter caput gladio percutere
 Vulnus inferre, impingere luculentum
 Sica, pugione percuti
 Multis vulneribus concidi
 In adversum os telo sauciari
 Exsanguis aeger vix corpus trahit
 Vulnere vexari, perfodi, tardari, retardari
 Ferrum haud alte in corpus descendit
 Fessum vulnere ferrum haud alte penetravit
 Leviter tantum saucium esse
 Vulnus aliquem in omnem vitam inutilem facit
 Alligari quidem et curari herbis vulnus poterit, vix autem percubabitur
 Telo traici

Vulnus alicui inferre, impingere
 Vulnere divellere et retractare
 Vulnere adverso corpore excipere
 Aliquem vulnerare, convulnerare, laedere, sauciare, ferire, graviter percutere
 Aliquem vulnere afficere
 Alicui vulnus infligere, imprimere, imponere, ingerere, inicere, facere, dare, infigere
 Alicuius iugulum petere
 Aliquem letaliter, mortaliter, mortifere ferire
 In vulnus obire
 Luculentam plagam capiti inflictam accipere
 Graviter aliquem, ense in caput compacto, vulnerare
 Inflicto caesim ense, caput alicui luculento vulnere concisum, diffectum, laniatum est
 Oblonga alicuius capiti plaga imposita, inflicta, incussa, inducta est
 Dolor ex vulnere acriter aliquem pungit

Vulneris dolor aliquem urit
 Dolore ex plaga ardere
 Adversus (adverso pectore, corpore) vulnus luculentum accipere, excipere, ferre
 Vulneri medicari, mederi, curationem afferre, medicinam facere
 Vulnus curare
 Curando vulneri primam manum admovere, prima medicamina adhibere

Primam curationem vulneri adhibere
 Vulnus obligatum solvere, exsolvere
 Alligato vulneri fasciam demere, eximere
 Obductam plagae vittam explicare
 Vulnus coit, evalescit, cicatricem obducit
 Vulneri cicatrix obducitur.

SURDITAS

Sordità, Deafness, Surdit , Taubheit, Sordera

Otalgia aliquem angit
 Cereus cumulus in auribus congestus est
 Hebetiores aures factae sunt
 Gravior alicui auris est
 Hebetior auribus est
 Audiendi sensu paulatim carere
 Morbus aliquem exsurdavit, surditate affecit
 Morbus alicui surditatem attulit, induxit, creavit, inflixit
 Alicui morbus auditum (audiendi sensum) abstulit
 Iam surdo loqui

Surdis auribus canere
 Exsurdescere, obsurdescere, obsurdere
 Surditatem simulare
 Obtusae auris hominem assimilare
 Auribus capi
 Aurium usum intercipere
 Aurium usum auferre
 Aurium usus cessavit
 Surdaster sum
 Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest
 Turoneo portu esse surdiorem
 Turdo esse surdiorem

CAECITAS

Cecit , Blindness, C cit , Blindheit, Ceguera

Visu laborare
 Oculis capi
 Oculorum valetudine impediri
 Oculis valetudo officit
 Hebeti, obtusa oculorum acie esse
 Hebes alicui est oculorum acies
 Oculorum acies hebescit, hebetatur, praestringitur, perstringitur, obtunditur, splendore obruitur
 Alicui oculorum vis suppressa, angusta, coacta, remissa est

Oculorum morbus (ophtalmicus morbus, ophtalmia) aliquem cruciat
 Quam longus sit nasus non respicere, vel dispicere
 Non longum nasum cernere
 Non ad extrema nasi pervidere
 Leviter lippire
 Lippos oculos habere
 Ex gramiis palpebras disiungere, deducere, divellere nequire

Myopem esse
 Sine visu prope esse
 Ad omnia caligare, caecutire
 Caecitatem paene contrahere
 Oculis iam amplius uti nequire
 Caecum fieri
 Oculorum sensu capi, oculis capi
 Oculorum sensu privari, destitui
 Aspectum, oculorum aciem amittere
 Rerum species inspicere, intueri, cernere, oculis lustrare non posse
 Exstincta est alicui oculorum acies
 Acie oculorum carere
 Adempta, erepta est alicui videndi facultas
 Oculorum lumina amittere
 Exsortem luminum iam esse
 Caecitatem contrahere
 Caecitate affici
 Oculorum lumina (visum) perdere, amittere
 Exstincto oculorum lumine in tenebris contabescere
 Videndi sensu, luminibus orbari
 Oculos alicui effodere, exsculpere, elidere

Alicuius oculos caecare, excaecare, obcaecare
 Oculis privare, orbare aliquem
 Aliquem caecum facere, reddere
 Caecitatem alicui afferre, inferre, facere, creare
 Oculorum aciem alicuius extinguere
 Visum alicui adimere
 Oculorum aciem obtundere
 Caecitatem sibi consciscere, inferre
 Luminibus oculorum sua sponte se privare, orbare
 Videndi facultatem, usum sibi adimere, eripere
 Oculorum aciem recipere, recuperare, reparare
 Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur
 Visum caeco restituere
 Caecum caecitate liberare, luce afficere
 Noctem ex alicuius oculis pellere
 Lolio victitare
 Talpa caeciorem esse
 Andabatarum more pugnare
 Cimmeriis in tenebris agere

AMENTIA

Pazzia, Insanity, Folie, Wahnsinn, Locura

A se, a mente discedere
 Amentia incredibilis aliquem tenet
 Mens aliquem relinquit
 Amentia alicui iniecta est
 Amentia plane insolita flagrare, torqueri, rapi, teneri, excaecari
 Alienata penitus mente esse
 Mentem perdere
 Sibi excidere, mentis errare
 Insaniae morbo affici
 De potestate mentis exire, deici
 De mente deturbari, deici
 A mente deseri, destitui
 Mente moveri
 Rationem in perpetuum amittere

Ad insaniam impellere, adigere, redigere
 Mentem alicui emovere omnem
 Insania et dementia deflagrare
 Mentem alicui exturbare
 In insaniam incidere
 Praecipitem amentia ferri
 Mente captum esse
 Mens a sua alicui sede locoque deiecta est
 In potestate mentis non esse
 De potestate mentis, de consilio, de ratione, de mente exire
 De statu mentis deturbari
 A mente aversus

Lymphato similis
 Tragico Oreste et Athamante demen-
 tior, et vinculis constringendus
 Consiliis omnibus praeceps ac de-
 vius
 Animus alicui abest, aberrat
 A sanitate mentis alienum esse
 Hominem esse sine mente
 Sanitate mentis exspoliare
 Emota esse mente
 Mente non consistere
 Mentis errore affici
 Mens aliquem deficit, destituit
 In furorem prolabi
 Furore obcaecari, capi
 Furor consedit, remisit, detonuit,
 consenuit

Furiis agitari, perterreri, vexari, tor-
 queri, rapi, praecipitem ferri, in-
 citari
 Mentis compotem non esse
 Mentis lumine obcaecari
 Mentis inopem, expertem esse
 Ratione carere
 Deliramenta loqui
 Mentis vertigine agi
 Nihil pro sano agere
 Mentis impotem facere
 Delirationem alicui afferre
 De mentis statu aliquem deducere
 Aliquem erroris et dementiae com-
 plere

CURATIO

*Cura medica, Medical treatment, Traitement, Behandlung,
 Tratamiento médico*

Ex magno et diuturno et iam des-
 perato morbo convalescere ali-
 quando et sanari
 Aliquo morbo levare
 Morbum remove, relevare
 Morbo (a morbo) vacare
 Remedium alicui morbo invenire,
 reperire, comparare
 Aegro pharmacum (medicam potio-
 nem) porrigere, medicamentum
 propinare
 Aegro propinandum pharmacum
 praescribere
 Pharmacum sumere
 Medicamentum adhibere, haurire
 Medicamento uti
 Aegrum curare, procurare, mederi,
 medicare
 Male affecto medicari, mederi
 Aegroto curationem adhibere
 Medicina respondit, processit
 Ad pristinam valetudinem aliquem
 revocare
 Aliquem iacentem, male affectum
 ad pristinam sanitatem perducere
 Alicuius beneficio ad sanitatem verti

Alicuius opera in pristinum valetu-
 dinis statum restitui
 Pristinas vires recipere, recuperare,
 confirmare
 Concessit dolor medicamentis
 A morbo recreari, convalescere
 Cessit morbus remediis
 Vis morbi levata est
 Curationem alicui adhibere, admo-
 vere, afferre
 Morbum depellere, tollere, proflig-
 gare
 Sanitati aliquem restituere
 Violentis medicamentis aliquem cu-
 rare
 Alicui malo remedium dare, com-
 parare, quaerere, invenire, afferre,
 adhibere
 Malo medicinam facere, diligentem
 adhibere curationem
 Morbo alicuius mederi
 Ope medica iuvare aliquem
 Celer atque fidelis medicus
 Medicum adducere, adhibere, coge-
 re, convocare
 Medelam facere

Excolere, exercere medicinam
 Medicinae vates
 Omni medicinae munere fungi
 Alicui medicinam facere
 Morbo medicinam facere, factitare
 Medicinam adhibere, admittere, afferre, parare, struere
 Alicui medicari
 Dolorem medicando auferre
 Morbus nulla medicabilis arte
 Medicamentum alicui dare
 Amara curarum eluit efficax vinum
 Detractione sanguinis aliquem curare
 Periculosas et ancipites curationes morbis gravioribus adhibere
 Admovere curationem ad aliquem
 Morbus aliquis curationem maxime admittit
 Curationem explere
 Curationi difficultatem facere
 Sibi curationem ferre
 Alicui valetudinis curationem praescribere
 Procedit recte curatio

E morbo assurgere, evadere, recreari
 Alicuius valetudo a vetere morbo confirmatur
 Morbum medicamentis depellere, remove
 Praesens remedium aegro adhibere
 Acroribus remediis alicui malo occurrere
 Sanitatem alicui afferre
 Aliquem sanum iterum facere (ad sanitatem reducere, revocare)
 Salutem alicui reddere, restituere
 Ab aliquo morbo aliquem liberare
 Per aliquam medicinam aegrotanti alicui melius est factum
 Per aliquam medicinam a morbo recreari, convalescere, sanitatem recipere, sanationem recuperare
 Curatione tandem sanari
 Medicamentum haurire, sumere
 Quae valetudini maxime conducant, diligenter adhibere
 Alicui malo occurrere
 Medicamentis malum abigere

MEDICUS ET REMEDIA

Medico e medicine, Doctor and Medicine, Médecin et médicaments, Arzt und Medikamente, Médico y medicinas

Medicinam exercere, facere
 Medico uti
 Medicum adhibere
 Ad morbos difficillimos medicum nobilissimum quaerere
 Medicinam alicui facere, afferre
 Medicinam accipere, assumere
 Nulla alicuius incommodis medicina reperitur
 Medicas ad vulnera adhibere manus
 Aegro promissam medicae artis ferre opem
 Lenito medicam vulnere opem sentire
 Potus medicos curamque salubres discere
 Ad aliquem medicum adducere, arcessere, ducere, convocare, admovere

Medicamentum diluere, componere
 Medicinam excolere, facere, factitare, profiteri
 Eruditum esse medendi arte
 Scientem, peritum, intelligentem esse medicinae
 Longe procedere in medicinae scientia
 Medicinae scientiam tenere, possidere, callere, esse assecutum
 Medicinae scientia valere, florere, praestare, excedere
 Medicinae doctrina, cognitione, intelligentia cum paucis conferendum esse, nemini esse inferiorem
 Nota alicui praeclare medicina est
 Patent alicui, quae multos latent ex medicinae scientia, ex medendi arte

Medicinae scientiam plane complexum esse; mente atque animo comprehendere, ingenio sibi aperire, parere, comparare
 Arte medica apprime eruditum esse
 Medicinae facultate praestare, florere, excellere
 Medica scientia bene doctum esse
 Medicum esse insignem, eximium, egregium, praeclarum
 Egregie litteris medicis instructum esse
 Multum hausisse, unde medicinae cognitio manat
 Aegro medicamentum propinare

Medicum arcessere (medicinae peritum, medicinae cognitione clarum)
 Medico ad malum aliquid vincendum uti diligenti (nobilissimo, studiosiore, optimo, summo)
 Ad morbum aliquem virum adhibere, qui medicinam ita sit professus ut callidus morbos vel incognitos revelet, et saepe ex iis victor evaserit
 Medicinam alicui multam afferre
 Pharmacopolium prope medicinis exhaurire
 Medicamentis delibutum esse

MORTIS COLLUCTATIO

Agonia, Death agony, Todeskampf, Agonie, Agonia

Cum morte luctari, confligere
 In supremo vitae articulo versari
 In confinio vitae mortisque versari
 Extremo mortis discrimine teneri
 Animam iam aegre trahere
 Ad supremas mortis angustias redigi, adduci
 In extremis esse
 Extremum spiritum, extremos ducere anhelitus
 Ad mortem, obitum recte ferri
 A morte proxime abesse
 Ad mortis limen perducere, animam in momento agere
 Frigescunt pedes, frons expallescit, livent labia, oculi hebetantur, os vultusque immutatur, venae micare desinunt, mors per artus serpit lethali frigore adstrictos, sudor lethalis prorumpit, verbo disturbatur domicilium, anima exturbatur

Interclusus spiritus arcte meat
 Animam aegre ducere
 Fatigatos anhelitus trahere
 Angustior est alicui spiritus
 Spirandi difficultate laborare
 Vis morbi animam comprimit
 In agonia stare
 Cum morte luctare, concertare, colluctari
 Morti obluctari
 Extremos agere spiritus
 In extrema vitae lucta esse
 Ad mortis angustias redactum esse
 Ad ultimam vitae periodum pervenire
 Haud dubiam mortem inire
 In ultimum vitae discrimen adductum esse
 In supremo vitae agone esse, versari
 Animis ac vita deficere
 Postremum alicuius spiritus ore excipere

MORS

Morte, Death, Mort, Tod, Muerte

Immatura morte praeripi
 Saeva Parcarum manu intercipi
 Miseram oppetere mortem
 Cruciabili exitu perire
 Aerumnabili (immiti) morte absumi
 (consumi)
 Detestabili exitio interire (deperire)
 Lacrimabili morbo vitam finire
 Iam capulo manum admovere
 Vitam amittere (perdere)
 E vita discedere, migrare, excedere,
 cedere, exire
 Vitae extremum spiritum edere
 Vitae extremum diem conficere
 Necessaria morte mori
 Morbo perire, absumi, consumi
 Placida morte quiescere
 Claram oppetere mortem, (obire)
 Ignobili atque inhonesta morte oc-
 cumbere
 Merita morte cadere
 Iusta morte perire
 Vitam cum morte commutare
 Extremum diem morte conficere
 Sua morte mori
 Fungi morte
 Morti satisfacere
 Media iam morte teneri
 Animo aequissimo mori
 Cruciatu summo perire
 Ante suos annos occidere
 Ante fati necessitatem (ante diem)
 cadere
 Decurso lumine vitae obire
 Diem suum (supremum) obire
 Repentina morte obire
 Voluntariam necem occumbere
 Pro Patria mortem (morte) occum-
 bere
 Factis claris occumbere
 Inter primam curationem expirare
 Anhelos pectore vitam efflare
 Animam efflantem relinquere
 Graviter extremum halitum efflare
 Lucem supremam exhalare
 Animam exhalare
 Vitales auras relinquere

Morbo absumi, exstingui
 Morbo naturae debitum reddere
 Vis morbi aliquem consumpsit; vi-
 tam alicui ademit, abstulit
 Prolapsus in vulnus, moribundum
 cadere
 Vitam in vulnere ponere
 Accepto vulnere animam deponere
 Linquente spiritu pariter ac sangui-
 ne moribundum in arma procum-
 bere
 Vulnus vitae finem attulit
 Recepto altius ferro, exspirantem
 corruere
 Multis vulneribus confectum anima,
 ultimus spiritus defecit
 Naturae cedere, concedere, satis-
 facere
 Natura ipsa aliquem consumpsit
 Naturae dissolutiones exstingui
 Vivendi curriculum a natura conces-
 sum conficere
 Diem suum non immatura morte
 obire
 Naturae modum explere
 Plenum recte factorum gloria ad
 Deum excedere
 Ex vitae huius tenebris ad sempi-
 ternam lucem excedere
 De vitae statione discedere
 In caelum migrare
 In vivis, inter vivos esse desinere
 Ad beatam immortalitatem demi-
 grare
 E custodia corporis evolare
 Diem supremum pie religioseque
 conficere
 Ereptum, exemplum rebus humanis
 in caelum abire
 Amorem huius lucis immortalium
 spe bonorum laetum proicere, et
 ad divinum animorum concilium
 plenum meritis migrare
 Morte repentina opprimi, eripi
 Supremus aliquem dies ante occu-
 pavit, quam instare crederet
 Subita morte corripi

Nihil cogitantem vita deseruit, ani-
 ma reliquit, vis repentina mortis
 sustulit
 Mortem oppetere, obire, cum vita
 commutare, morte delere
 In mediis vitae laboribus obdormi-
 scere et somno consopiri sempi-
 terno
 E vinculis corporis tamquam ex
 carcere evolare
 Multis vulneribus acceptis, ac debi-
 litato corpore, et contrucidato, se
 abicere exanimatum
 Corpus multis vulneribus confectum
 procubuit
 Multis vulneribus confossum con-
 cidere
 Mortifero vulnere ictum cadere
 Alicuius manu percussum interire,
 tolli
 Alicuius manu ictum occumbere,
 mortem oppetere
 Mortifero vulnere alicuius manu
 ictum, praecipitem in vulnus obire
 Prolapsum in vulnus exanimem ca-
 dere
 Cultrum alicui in corde defigere
 Aliquem occisione delere
 Acerbissima morte affici
 Numero viventium exturbari
 Internicioni dare
 Ingenti caede prosterni
 Vita expulsum ferro concidere
 Mortiferis vulneribus ictum cadere
 Gladiis per adversum pectus trans-
 figi
 Securi percussum procumbere
 E numero vivorum exturbari
 Ad mortem mitti, deduci
 Alicui mors oblata, illata est
 Ferro consumi
 Iugulum alicui dare
 Hauriendum sanguinem alicui prae-
 bere

Ferro iugulum praebere
 Cervicem gladio subicere
 Ipse in suam incurrit perniciem
 Vitam alicui auferre, eripere, exhau-
 rire
 E vita migrare
 Vitam abicere, profundere, edere
 Morte non sua defungi
 Sauciatum spiritus pariter ac san-
 guis linquit
 Fatis concedere (in fata)
 Sua morte defungi
 Morbo naturae debitum reddere
 Nihil cogitantem vita deseruit, ani-
 ma relinquit
 Vi morbi opprimi, vitam amittere
 Mors aliquem repente occupavit,
 abstulit
 Pio sanctoque fine vitam claudere
 Magno cum pietatis sensu supre-
 mum diem obire
 Iniquo animo mortem recipere
 Aeque animo mori
 Fortuita morte absumi
 Senectute vitam deserere
 Vita ipso in flore exaruit
 Virenti aetate obire
 Maturam mortem oppetere
 A nefaria (selecta) manu interire,
 perire, cadere, occidere
 Occisione occumbere, perire
 Veneno interim, tolli, occidi
 Dulce et decorum est pro Patria
 mori
 Insidiis alicuius interire
 E vita discedere; vita cedere

 De vita decedere
 Vitam alicui adimere, auferre
 Vita aliquem expellere
 Vitam profundere pro aliquo
 Vitam per summum dedecus amit-
 tere
 Spiritum effundere

MORS VOLUNTARIA

Suicidio, Suicide, Suicide, Selbstmord, Suicidio

Suo sanguine manus ipse suas
 imbuit
 Ipse sibi ferro pectus traiecit
 Volutariam mortem occupare, sibi
 consciscere
 Vim, manus sibi afferre, inferre
 Liberum mortis arbitrium occupare
 Ferrum ipse sibi in pectus demisit
 In ferrum pectore incumbere
 Sua manu cadere
 Hausto veneno, intercisis venis,
 abruptis venis, misso per venas
 sanguine, longae aetatis cruciatus
 antevertere, effugere
 Infamem vitam turpissimo exitu
 foedare
 Sibi mortis diem admovere
 Sibi vitam extorquere
 Sua sibi manu vitam exhaurire

Adacto in pectus gladio, infelici
 dextera fati diem occupare, suo-
 que ictu mortem invenire
 Vitae usuram sibi eripere
 Vitam sibi voluntaria morte abrum-
 pere
 Fati diem sua manu accupare
 Manus violentas sibi inferre
 Necem sibi consciscere
 Manibus suis sibi necem inferre
 Vitam abicere
 A se manus non abstinere
 Voluntariam sibi mortem inferre
 Voluntaria morte vitam abrumpere
 Suum sibi sanguinem haurire
 Se exanimare
 Se ipsum interimere
 Ipse se interimere
 Mortem sibi accelerare

III INGENII MOTUS

VITA INTELLETTUALE, INTELLECTUAL LIFE,
VIE INTELLECTUELLE, GEISTIGES LEBEN,
VIDA INTELECTUAL

INTELLEGENCIA

Intelligenza, Intelligence, Intelligence, Intelligenz, Inteligentia

Ingenii acrimonia praeditum esse
Egregio ingenio praestare
Acri (singulari, impigro) ingenio
clarum esse
Felici fecundoque, optimo ingenio
natum esse
Ingenio esse maxime validum
Ingenii esse excellentissimi
Non vulgari ingenii dexteritate
conspicuum esse
Alicui innata est facilitas (praestantia, claritudo) ingenii
Ingenii dotibus cumulatissimum
esse
Ingenii claritate insignem esse
Ingenii gloria omnibus antecellere
Acris vegetique ingenii specimen
praeberere
Alicuius ingenio nihil est acutius,
nihil altius, nihil emunctius (ingeniosus)
Egregia esse ingenii acie
Sollertissime omnia perspicere
Mente acri et perspicaci esse
Abundantiā quadam ingenii praestare
Incredibil iesse ingenii magnitudine

Singulari ac prope divina quadam
vi ingenii esse
In aliquo ingenium est versatile ad
omnia
Ingenii acumine florere
Acri et perspicaci ingenio pollere
Ingenii dotibus eximiis instructum
esse
Alicui est ingenii acies, intelligendi
acrimonia, mirifica ingenii vis
In aliquo est ingenium egregium,
exquisitum, singulare ac prope
divinum (ingenium)
Extra omnem ingenii aleam positum
esse (intelligo)
Omnia intelligentiā complecti
Aliquid animo menteque comprehendere
Acri mente et cogitatione aliquid
amplecti
In aliqua re sollertissime perspicere
(intelligentia)
Intelligentia aliis anteire
Ingenio acerrimo, peracri, peracuto
esse

Ingenio abundare, valere
 Praestantissimo ornari ingenio
 Summa ingenii laude praestare, florere
 Egregio a natura instrui ingenio
 Excellenti, singulari, praeclaro, praestantissimo, eximio, summo, maximo, illustri, splendidissimo, divino esse ingenio
 Ingenio eminere, pollere, florere
 Eminentiori praeditum esse ingenio
 Ingenii acumine, subtilitate, argutiis valere
 Alicuius ingenium acuere, excitare, excutere
 Non vulgari intelligentia esse

Multae intelligentiae esse hominem
 Eximia quadam intelligentia ac cognitione valere
 (Spirito) Acutissima est alicui ingenii acies
 Ingenio excellere, florere
 Ingenii tantum in aliquo est, quantum potest esse plurimum
 Ingenium in aliquo est summum, eximium, egregium, non quale multis contingit, exquisitum, rarum, singulare, praestans, acutissimum, plane divinum
 Ingenio omnibus antecellere
 Ingenio nemini concedere

IGNORANTIA

Ignoranza, Ignorance, Ignorance, Unwissenheit, Ignorancia

Esse indoctum, agrestem, senticosum, asotum, protritum, spinosum, samitarium, ieiunum, imopem, illitteratum
 Esse literarum nescium, ignarum, expertem, inscium, excordem, rudem, imperitum
 Male inauguratum esse litteris
 Nihil bonarum litterarum attigisse
 Nullius bonae litteraturae esse participem
 Abecedarium esse aut sane elementarium
 Gregarium esse postremae notae
 Eruditione leviter esse illitum (imbutum)
 Veras disciplinas per transennam vidisse
 Ut canis e Nilo pitissare
 Educatum esse in Scyticis agris
 Non alienum esse a Getis
 Merum esse rus
 Homunculum esse ex Caria
 Arcadicum esse pecus
 Sardis herbis amariorem esse
 Novitium esse Palladis militem
 Rudem Palladis militem
 Rudem Apollinis tironem esse
 Veluti anser inter olores strepere
 Quasi asinum ad lyram esse

Non tibi Gorgoneis mens fuit uncta vadis
 (Infecundo, sterili, boeotico) infelici ingenio natum esse
 Ingenium habere venae inferioris
 Acumen habere omni pistillo retusius
 Plumbeum alicui est ingenium velut psittaci
 Ingenio esse admodum hebeti (stupido, obtuso, crasso)
 Hebetem esse atque indocilem
 Quavis esse beta insipidiorem
 Pinguiore Minerva natum esse
 Crassius, rudi, planius sapere, intelligere
 Thebano sub aëre natum esse
 Rationis (animi impotentem esse)
 Mentis vitio capi
 Plane indigere helleboro
 Antyciram navigare
 Capitis debilitate vexari
 Apud seipsum non esse
 Se loquentem non capere
 Eruditionis omnino expertem esse
 A Musis et Gratiis abesse
 Omnium rerum gnarum, rudem, inscium, imperitum, ignarum et insolentem esse
 Nihil scientia comprehendere, mente assequi

MEMORIA

Memoria, Memory, Mémoire, Gedächtnis, Memoria

Memoria aliquid complecti (tenere)
 Mente aliquid consequi
 Aliquid animo (memoriae) infigere
 (defigere)
 Aliquid animo mentique penitus
 mandare
 Aliquid tenaciter inhaeret ingenio
 Aliquid alicuius animo penitus in-
 sidet
 Infinitae esse paene lectionis et in-
 comparabilis memoriae
 Fideli, praesenti, non vulgari, sin-
 gulari, incredibili, tenacissima
 memoria esse
 Memoria mirum valere
 Memoria praestare, excellere
 In aliquo eximia est memoriae vis
 Nihil ex alicuius memoria effluit
 In alicuius memoria aliquid est,
 versatur (versatur)
 Alicuius rei memoriam habere, te-
 nere, servare, conservare
 Aliquid animo ac memoria tenere
 Saepe in memoriam alicuius rei re-
 dire
 Alicuius rei memoria in alicuius
 animo residet
 Recordari alicuius consilia, alicuius
 consiliorum, de alicuius consiliis
 Aliquid memoria custodire
 Ex memoria aliquid recitare, pro-
 ferre, exponere, reddere, pronun-
 tiare
 Aliquid ediscere, memoriter com-
 plecti
 Aliquem saepe memoria fallit
 Aliquid memoriola vacillat
 Aliquis memoria haud satis constat
 Memoria aliquid complecti (tenere)

Memoria alicui segnis admodum et
 lenta est
 Alicuius memoria saepius offendit
 Alicui fluxa et infida memoria est
 Alicui facile aliquid e memoria ex-
 cidit, effluit, elabitur
 Alicuius memoria interdum labat
 Memoria vigere, valere, pollere
 Eximia memoria alicui est (in ali-
 quo)
 Memoriae esse tenacis
 Acri et felici memoria esse
 Aliquid memoriae mandare, repo-
 nere, tradere, memoriter addi-
 scere
 Memoria vacillare, non vigere
 Memoria labili ac fluxa esse
 Memoria alicui labat
 Memoria defici, destitui
 Aliquid memoriter pronuntiare, ex
 memoria recitare
 Aliquid memoria repetere
 Alicuius memoriam repetere
 In memoriam aliquid revocare, re-
 ducere
 Alicuius memoriam renovare, refri-
 care
 Aliquid memoria continere, retine-
 re, percipere, comprehendere
 In mentem alicuius venit, incidit,
 subit
 Alicuius animum subit aliquid
 Memoria aliquid subit
 Memoriam reficere
 Aliquid in mente ac cogitatione de-
 figere, demittere
 In alicuius memoria aliquid residet
 Altum in alicuius animum aliquid
 descendit

VIS IMAGINANDI

Fantasia, Imagination, Fantasie, Phantasie, Fantasia

Ante oculos animosque suos aliquid
 proponere
 Vultum alicuius et incessum animis
 intueri

Id animo contemplari, quod oculis
 non potest
 Cogitatione sibi aliquid depingere,
 constituere

Aliquid sibi cogitatione, animo fingere, extruere
 Aliquid sibi sumere et ante oculos ponere
 Animo aliquid comprehendere
 Apud se reputare, atque animis aliquid repraesentare
 Alicuius virtutis speciem animo adumbrare
 Alicuius virtutis imaginem animo fingere, comprehendere, describere
 Mente aliquid concipere
 In animum aliquid inducere
 Aliquid sibi proponere, sibi ob oculos ponere
 Aliquid menti tantisper obicere
 Alicui ante oculos aliquid versatur

Alicui animo aliquid obversatur
 Aliquid animo fingere, cogitatione (imaginatione) effingere, adumbrare, depingere
 Alicuius speciem animo fingere, informare, sibi in animo formare
 Aliquid mente comprehensum habere
 In animo rem insculptam habere
 Aliquid ante mentis oculos sibi constituere
 Alicuius rei imaginem animo concipere
 Sibi memoriam et imaginem alicuius proponere
 Magnam partem noctium in alicuius imagine vigilem exigere
 Animo aut spe aliquid suscipere

EDUCATIO

Educazione, Education, Education, Erziehung, Educación

Aliquem educatorem habere
 Aliquem ingenue educare atque instruere
 Alicuius ingenium enutrire
 Praeceptis utilissimis et saluberrimis aliquem fingere
 Claram alicui ad omnem virtutem lampadem accendere
 Puerum aliquem a parvo educere
 Optimis aliquem moribus imbuere
 Ex alicuius institutione, disciplina prodire
 Omni industria, non humili cultu, in gremio veluti suo, in sinu suo aliquem educare
 Alicuius formam ac mores effingere
 Aliquem animare atque formare
 Iuventutem praeceptis formare
 Ad magistri mores se fingere, componere

Speciem quandam ac imaginem magistri sui moribus exprimere
 De praeceptoris sui moribus mores informare suos
 Paedagogi sui mores imitatione exprimere
 In magistri sui mores abire
 Alicuius animum bonis opinionibus, ingenium artibus, pectus pietate imbuere
 Praecepta alicui de aliqua re dare, tradere
 Praeceptis aliquem erudire
 Puerum erudire, educatione informare
 Adolescentem educationis disciplina imbuere, instituere, instruere fingere
 Bonis artibus ac disciplinis aliquem instituere atque imbuere
 Puerum bonis artibus inficere

SCHOLA

Scuola, School, Ecole, Schule, Escuela

Litterarum ludus, quo iuventus in disciplinam convenit
 Doctrinarum sedes, ad quam disciplinae causa iuventus frequens concurrat
 Optimarum artium domicilium
 Litterarum, divinae humanaeque scientiae officina
 Bonarum artium sacrarium et quasi Musarum templum
 In disciplinam convenire
 Disciplinae causa ad praeceptores concurrere
 Magistri operam dare
 Studiorum causa in ludum ire
 Scholas obire
 Gymnasium terere
 In scholam itare
 In schola versari
 In ludum commeari
 Magistrum audire
 Ludo multam salutem dicere
 Manum ferulae subducere
 Bonarum artium disciplinis nuntium remittere
 In gymnasiis progressionem facere
 In schola disciplinis imbui et erudiri
 In schola ingenuarum artium studia vigeant
 Ludum aperire
 Ludus et officina discendi
 Sub alicuius disciplina esse
 Aliquo uti magistro
 Aliquem habere praeceptorem
 Ex alicuius disciplina (schola) prodire
 Ab aliquo ad disciplinam erudiri
 Doctrina sub aliquo excoli

Doctrinam ab aliquo haurire
 Inter alicuius discipulos esse
 Alicuius academiam frequentare, terere
 Praeceptis alicuius imbui, institui
 Aliquem audire
 Alicuius auditorem esse
 Apud aliquem litteris operam dare
 Aliquo magistro litteras arte et cognitione comprehendere
 Aliquo praeceptore littera attingere, celeriterque arripere
 In alicuius disciplina permanere
 In alicuius disciplinam se tradere
 Alicuius institutione in litteris doctiorem evadere
 Ab aliquo litteras haurire
 Parum doctrinae attingere
 Artes cursim arripere
 Litteris potius perfundi, quam tingi
 Litteras vix a limine salutare
 Litteras degustare
 In litteris progressus facere perexiguos
 A primo littore non ita longe (procedere) proficisci
 A perfecta litterarum cognitione longe abesse
 Ex abditis litterarum fontibus nihil haurire, delibare
 Ludum litterarium precibus auspiciari, exordiri, aggredi
 Scholam (ludum) habere
 Ad publicum praeceptoris officium conduci
 Scholam concludere
 Ludum aperire
 In schola desiderari
 A schola deesse, abesse

FERIAE

Vacanze, Vacation, Vacances, Ferien, Vacaciones

Litterariae feriae, iustitium litterarium, stata a litterariis muniis vacatio

A litterarum studiis vacare
 A studiorum labore respirare, quies est

A studiis litterarum otio indulgere
 Animum a litteris paulisper avocare, abducere
 Studiorum laborem parumper remittere
 A studiis vacationem aliquam dare
 A studenti contentione animum paulisper relaxare
 A studiis aliquando ferriari
 Animum studiorum onere pressum parumper levare
 Doctrinae studia ad tempus abicere, amittere, deserere
 Ad artium disciplinas se referre, revocare
 Ad studia sua se conferre
 Ad studiorum usum et consuetudinem redire
 Intermissas operas studiis reddere
 Novum ardorem ad interpellata tantisper studia afferre

Cum Musis in gratiam redire
 Superiora studia repetere, recolere, recognoscere, renovare
 Ad pristinas artes se referre
 Studiis aliquid lusus nonnumquam permittere
 Litteris ipsis remissionem dare
 Sunt etiam Musis sua ludicra
 Mixta Camoenis otia sunt
 Suae classis disiungere habenas
 Studiis otia miscere
 Musis sua ludicra dare
 Studiis alternam requiem dare
 Studia intermittere, omittere
 Studiorum usum parumper dimittere
 Studiorum onus aliquantisper deponere
 Animum onere studiorum honeste levare
 Ferias studiorum concedere

ARS DOCENDI

Insegnamento, Teaching, Enseignement, Unterricht, Enseñanza

Ad omnem humanitatem aliquem formare
 Rebus optimis aliquem instituere
 Imperitum aliquem condocere
 Aliquem scientia augere
 Optimis aliquem institutis imbuere
 Disciplinae aliquem assuefacere
 Litteris adulescentes instruere, erudire, tingere
 Litterarium ludum iuventuti aperire
 Adolescentes doctrinis impertire
 Praeceptis aliquem erudire
 Iuventutem ad omnem humanitatem formare
 Doctrinam eruditionemque suam in alios dispertire, transfundere
 Doctrinis ingenia expolire
 Doctrinae suae heredem aliquem instituere ac relinquere
 Ad bonas artes, ad summam eruditionis laudem aliquem deducere
 Alicuius moribus regendis ac formandis praefici
 Alicuius pueritiam formare
 Aliquem litteris, omnibus disciplinis instituere

Alicuius progressum explorare, perscrutari
 Doctrinam alicuius periclitari
 Quam studiose quis didicerit inspicere, excutere
 Doctrinae specimen dare, praebere
 Discipulos veluti Theophrastus habere non sane paucos
 Ad aliquem magistrum audiendum confluere et quasi turmatim accurrere, agglomerari, advolare
 Tantus est alicuius magistri auditorum numerus, ut ad amplissimas copias excreverit
 Aliquem ad aliquid condocere, consuefacere, assuefacere
 Alicui alicuius rei praecepta dare, tradere, praeceptiones instillare
 Aliquem docere, edocere, instituere, informare, instruere, imbuere, inficere, erudire, aliqua re
 Alicui grammaticae copiam facere
 Ad grammaticae instituta quempiam erudire
 Ad grammaticae leges aliquem instituere

Aliquem grammaticae praeceptis
erudire
Alicui loquendi artem tradere
Aliquem grammaticam docere

Aliquem disciplina aliqua tingere,
fingere, educare
Aliquem praeceptis excolere, erudi-
re, informare, imbuere
Aliquem in aliqua re erudire

DOCTRINA

Dottrina, Learning, Doctrine, Lehre, Doctrina

Non vulgariter esse eruditum
Ingenuarum artium longe esse cal-
lentissimum
Politioris disciplinae esse scientissi-
mum
Numerosa arte multiscium esse
Multiformi eruditionis supellectile
instructum esse
In bonis disciplinis celebrari
In studiis doctrinarum egregium
esse
Disciplinis liberalibus esse excultum
Omni studiorum genere efflorescere
Omnibus humanitatis studiis ex pa-
ri doctum esse
Omnigena eruditione clarum esse
Multiugae esse eruditionis
Doctrinae nitidioris honestamento
nobilitari
Omni doctrinae principem esse
In bonis disciplinis gravi auctorita-
te praeditum esse
In omni doctrinae genere exquisite
esse versatum
Ceteris doctrina antestare (erudi-
tione anteire)
In omnibus ingenuis artibus excel-
lere
Inter eruditissimorum coronas iure
numerari
Omnium disciplinarum fastigium
tenere
Animum disciplinis omnibus egre-
gie excolere
Amplam rerum humanarum divina-
rumque cognitionem assequi
Progressus in doctrinarum studio
facere eximios

Magnam rerum cognitionem mente
complexi, animo comprehendere
Omni doctrinarum genere pectus
suum conserere
Processus in artium studio habere
maximos
Praeclara et recondita oratione or-
nari
Omnibus artibus, omnibus ingenuis
disciplinis, incredibili varietate
quadam rerum ac copia praestare
In bonarum artium studio praecel-
lere
Cum humanitate frequens habere
commercium
Litterarum esse alpham
Omnium suorum discipulorum esse
doctissimum
Longe omnium esse doctissimum
In doctrina principatum obtinere
Nemini scientiarum peritia cedere
Omnium doctissimum haberi, puta-
ri, existimari
Ante omnes esse doctissimum
Doctrina nulla esse secundum
Reliquis omnibus esse doctiorem
Inter suos condiscipulos satis su-
perque esse doctissimum
Nulli suorum coëvorum scientia es-
se inferiorem
Unum inter alios scientia eminere
Nemo aliquo doctior (peritior) est
Cunctos doctrina excellere
Disciplinam omnem ad unguem per-
discere
Non transmarinis nec importatis ar-
tibus erudiri, sed genuinis do-
mesticisque virtutibus

STUDIUM

Studio, Study, Etude, Studium, Estudio

In aliquo studiorum genere suam operam consumere, collocare
 Aliquam doctrinam (studiorum rationem) ab ineunte aetate colere, sequi diligentissime
 In aliquod studiorum genus a tenebris incumbere
 Alicui studiorum generi suas vigilias dicare, dedere, tradere, addicere
 Modum in studiis non retinere, non tenere, non servare
 Nocturnas vigilias ad diurnum doctrinarum studium adiungere
 Alicui hora a lectione nulla abit vacua
 Libros de manu numquam deponere
 Perseverantissimo studio ad libros haerere
 A studiorum labore ne punctum quidem temporis respirare
 In serum noctis aliquid operis lucubrare
 Lucubrationes in multam noctem extrahere
 Bonam noctis partem ad elucubrandos commentarios assumere
 Secundis curis bonas arte perpolire
 Diem legendo scribendoque condere
 Diurno cum studio nocturnas vigilias coniungere
 Se magistro discere
 Se doctore disciplinam studere
 Libros de manibus numquam dimittere, deponere
 Libros assidue in manibus habere, tractare, terere, evolvere, legendo conterere
 Modum in studiis nullum agnoscere
 Gratiis ac Musis sacra facere
 Animum ad studium adiungere
 Se studio dare
 Musarum sacerdotio se mancipare
 Iugiter intentum esse libris
 Nullam studiis suis quietem intermiscere
 Nullum facere studendi modum neque finem
 Nihil sibi parcere in studio

Impallescere studio
 Nullis negotiis a studio abduci
 Bonam sui temporis partem litteris perdiscendis insumere (atterere, consumere, transigere)
 Immensam operam capessendae scientiae dare (impertire)
 In studiorum campo sese iugiter exercere
 Nullus alicui dies fluit, evolat sine studii linea
 Se studio pascere, alere, nutrire
 In studio conquiescere
 Studiorum curriculum absolvere, metam attingere studiorum donari
 Se ad pristina studia revocare, referre
 Studia repetere
 Sibi modum in studiis ponere
 Sibi in studiis moderari
 Numquam se a studio seiungere
 Numquam studiis intermittere
 Usum studiorum numquam dimittere
 Ex studiorum intemperantia languere
 Ex nimia studiorum consuetudine (ex immoderato studiorum usu) morbum contrahere, adversa valetudine uti
 Studiorum studia decurrere
 In aliquo doctrinarum studia obsolescunt
 Doctrinae studia abicere, amittere, deserere, deponere
 Bonis litteris multam, longam salutem dicere
 Bonis litteris nuntium remittere
 Animum, mentem, cogitationem a pristinis studiis abducere
 Litteras primoribus dumtaxat labris gustare
 Litteras leviter attingere
 Litteras extremis, ut aiunt, digitis attingere
 Litteras quasi per nebulam, quasi per transennam strictim aspicere

Cum libris litteras deponere
 Studia sua missa facere
 Doctrinarum studia bona gratia dimittere
 A se penitus Musas segregare
 Se a Musis disiungere
 Cum bonis litteris repudium facitare

Litteris ipsis repudium mittere
 A litteris tempus resilire
 Musis vale dicere
 Librorum usum dimittere, deponere
 Operam a studiis alio traducere, transferre

LECTIO

Lettura, Reading, Lecture, Lektüre, Lectura

Alicuius libros unice legendo contemere
 In alicuius libris unice acquiescere
 Libros inexhausta aviditate volvere
 In libris volutandis tempus omne ponere, consumere
 Libros assidua lectione evolvere
 Lectio alicuius animum pascit
 Lectioni totis animis affixum esse
 In aliquo auctore studium omne collocare
 Alicuius commendatione identidem regustare, accurate lectitare, assidue tractare
 Alicuius libros semper in sinu circumferre, circumgestare
 Uni auctori studium omne suum dicare
 Ad aliquem auctorem operam omnem conferre
 Alicui auctori suas vigilias dare, dicare, tradere, addicere
 Ab aliquo auctore avelli non posse
 Librum percurrere, pervolvere
 In libris quasi in aliquo opportuno diversorio requiescere
 Libri alicui voluptati sunt
 Legendi studio incredibili teneri

E lectione librorum humanissima voluptate animus completur ac veluti saginatur
 Multa quotidie genus est voluptatis suavissimum
 E lectione voluptatem capere suavissimam
 Lectione librorum animus expletur
 In antiquorum monumentorum lectione iucundissimo voluptatis sensu perfundi
 Legendi studio incredibili duci ac teneri
 Totum se libris dare
 Veterum volumina translegere
 Alicui melior diei pars lectionibus variis teritur
 Bonorum auctorum lectionibus multum temporis collocare
 Cicero veraci ardore a plurimis legitur, rapitur, tenetur
 Librum cursim legere
 Librum volvere, evolvere, volutare, pervolvere, versare
 Lectionem ad aliquem librum adhibere
 Aliquid lectione accipere, delibare

ARS

Arte, Art, Art, Kunst, Arte

Artibus erudiri, quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur
 Artibus aliquem erudire, tingere, inficere, instruere
 Ad artes animum adiungere

Studium suum ac operam arti alicui tradere, dicare, addicere
 In aliqua arte suum studium locare, collocare, ponere, consumere
 Artis specimen dare
 Artis experimentum praeberere

Artem liberalem, ingenuam discere,
addiscere, condiscere, percipere
Doctrinas liberales ac ingenuas con-
bibere, comparare
Artem alicui tradere
Arte quempiam imbuere, instruere,
instituere
Artibus ingenuis vacare
Ad artem et ad praecepta aliquid
revocare, redigere
Aliquem insignem reddere multa
arte
Arte se commendare

A magistris artes accipere
Ad artes divertere
Bonas artes discere, ediscere, exer-
cere
Artem colere
Artis praeceptis imbui, informari,
initiari, excoli
Artis tirocinium ponere
Tirocinii fundamenta in arte pone-
re, deponere
Ex tironibus artis excedere
Rude artis donari
Rudem artis accipere

LITTERARUM STUDIUM

*Studio delle lettere, Study of Humanities, Etude des lettres,
Humanistisches Studium, Estudio de las letras*

Ad litterarum studia iam inde a
puero suam operam conferre
In litteris aetatem ducere
Litteris tempus omne tribuere
Se a litterarum studiis numquam
seiungere
Totum esse in litteris
In litteras se totum abducere
Se litteris involvere
Noctem cum die litterarum studiis
coniungere
Litteras assidue colere, tractare,
exercere
Nimium esse in litteris
Nimia litterarum cupiditate flagra-
re, exaestuare
Immoderate, intemperanter litteris
indulgere
Ad litterarum studia etiam noctis
bonam partem assumere, decer-
pere, seponere
Litterarum causa etiam noctem per-
vigilare, pervigilem agere
Assiduitate et consuetudine quoti-
diana litteris operam dare
Nec noctu nec interdum a litteris
conquiescere
In litteris volutari
A litterarum tractatione animum
numquam remittere
Operam in litterarum studia sine
intermissione conferre

Ad multam noctem litterarum stu-
dia producere
Humanarum litterarum studia ex
intervallo recolere
Ad politiores litteras regustandas
se referre
Intermissa tantisper litterarum stu-
dia revocare
In bonis litteris tempus omne po-
nere, traducere, terere, conterere
Tempus omne bonis litteris dare,
transcribere
Nocturnas vigilias ad diuturnum lit-
terarum studium adiungere
Ad litterarum studia noctium bo-
nam partem assumere
Continenti litterarum studio dies
noctesque iungere
In studiis et litteris versari
Studia litterarum exercere, amare
In litteris vivere
Toto pectore in litteris libenter ver-
sari
Omnes suae vitae dies in litteris in-
sumere
In litterarum studio omnes conte-
rere annos
Animum ad litteras appellere
Se litterarum studiis addicere
Continenter incumbere litteris
In studiis litterarum noctes diesque
coniungere pervigiles

Toto nixu litterarum studiis insistere
 In bonarum litterarum studiis ad multum desudare sudorem
 Accuratissima celeritate in litteris versari
 Omne suum otium litteris suppeditare

Se totum litterarum studio consecrare (devovere, dicare)
 Litterarum cortice contentum esse
 Toto pectore in litterarum studio incumbere
 Litteris invigilare

LITTERAE

Letteratura, Literature, Littérature, Literatur, Literatura

Melioribus litteris abunde divitem esse
 Litteris omnibus perpulchre instructum esse
 Cultioris litteraturae consultissimum esse
 Meliorum litterarum studio cum primis esse insignem
 Religiosissimum esse litterarum mystam
 Omni bonarum litterarum genere eruditum esse
 Humanarum litterarum longe peritissimum
 Bonarum litterarum doctrina longe praestare
 Multiuga litterarum cognitione praecellere
 Optimas litteras amplexari
 In litteris summum esse
 In politiori litteratura palmam tenere
 In litteris humanioribus praecellere
 In litteris omnibus antesignanum esse
 Bonarum litterarum numeros omnes facillime absolvere
 Ceteros in studiorum genere procul a se relinquere
 Litterarii ordinis antistitem esse
 In theatro litterario primis subsellis collocari
 Inter clarissimos litterarum professores celeberrimum esse
 Litterarum omnium eminentissima cognitione nobilem esse
 Fidelissimum esse bonarum litterarum militem
 In aream palladium descendere

Praecipuam vitae voluptatem in litteris reponere
 Ad honesta studia satis esse propensum
 In bonas litteras magno studio conspirare
 Ad litteras animum accommodare
 Ex litteris voluptatem capere
 Alicuius desiderium in litteris quotidie gliscit
 Cum omnibus musis rationem habere
 Mansuetiores artes, Musas totis animis persequi
 In bonarum artium studiis aetatem omnem ponere, agere, exigere
 In politiores artes toto pectore incumbere
 Ad litteras se totum abdere
 Litteris involvi
 A teneris annis humaniores disciplinas studiose amplecti
 A puero humanioribus artibus florere
 Ab ineunte aetate humaniores disciplinas colere
 Cum splendore fructum quoque iucunditatis litterae pariunt
 In litteris vitae oblectamenta et voluptates maximas invenire
 Litterarum ac studiis doctrinisque deditum esse
 In studiis humanitatis ac litterarum versatum esse
 Humanis litteris excultum esse
 Humaniore litteratura ornatum esse
 Communium litterarum et politioris humanitatis non expertum esse

Egregie esse litteratum
 Humanioris litteraturae politum esse
 Multarum litterarum esse virum
 Bonis studiis atque artibus esse expolitum, peritum, imbutum
 Litterarum studio vacare, se tradere, animum adicere
 Ad optimarum artium studia animum appellere, mentem applicare, adiungere, conferre, se adiungere
 Multum litterarum via procedere
 In litteris primas tenere
 Litteras primis, ut aiunt, labris degustare
 Multum a litterarum fontibus haurire
 Litterarum studia iacent ac nullo prope loco sunt
 Bonarum artium studia squalent ac in postremis habentur
 Litterarum gloria in silentio et oblivione iacent
 Pulcherrimarum artium studium in animis exsolescit
 Bonis artibus nullum est pretium, nulla existimatio
 Honestissimae artes nullo iam in numero ponuntur, habentur, ducuntur

Litteris desistere
 Litterarias rationes deponere
 Discendi cupiditas exaruit, refrixit, consenuit
 Litterarum studium evanuit, obsolevit, interiit
 Turpi cessatione doctrinarum studia abicere
 Alicuius discendi ardor remittit
 Litteras ad se nihil pertinere arbitrari
 Nulla aliquem de litteris cura tangit
 Aliquis plane ad litteras obdurescit
 Ad litterarum studia omissio animo esse
 Nihil de studiis litterarum sollicitum esse
 Litteras nihil pensi habere
 Aliquem litterarum oblivio capit
 Cum bonis litteris bellum gerere
 Alicui sunt bonae litterae ingratisimae
 A Musis, ut si bellum ipsis indicatum esset, se disiungere
 Cum Musis divortium facere
 Litterarum studia abicere
 Litterarum studia missa facere
 A studio bonarum artium discedere, se abiungere
 Ab honestis litteris se remove

POËSIS

Poesia, Poetry, Poésie, Dichtung, Poesía

A Musis non abhorrrere (aversari)
 Musarum munificentia ornatissimum esse
 In nulla Musarum officina non expolitum esse
 Pervigilem Musarum esse Sacerdotem
 Politioris Musae studiosissimum esse
 Pectus habere musis omnibus natum
 Camoenis omnia facile antepone
 In Musarum studio nulli secundum esse
 A Musis esse atque Gratiis multum alienum

Non tua Castalias coluere poemata
 lymphas
 Infelici natum esse Musarum partu
 A Musarum limine procul esse
 Perdius et pernox Musis sacra facere
 In Musarum sacris iugiter operari
 Inter Pierios sacrosque vates assidue versari
 Musarum arcana relinquere
 A Musarum contubernio secedere
 Melioribus Musis abduci, aversari, alienari
 Poëma facere, componere, condere

Carmen condere, scribere, componere, omnibus numeris absolutissimum
 Versus sane lectissimos facere, conficere, scribere
 Luculentis sane versibus ludere
 Versus alicui nascuntur pulchri sane et iucundi
 Carmina pangere, texere
 Carmina alicui vena sane facili profluunt
 Magna facilitate versus fundere, texere

Aliquid delicatissimis verbis exprimere
 Cum Musis commercium unice habere, se delectare
 Poëtice scribere, componere
 Ad mansuetiores Musas se referre
 Intermissa poëticae studia repetere
 In gratiarum cum musis redire
 Cum Musis rationem habere
 Omnem aetatem Musis consecrare, donare, dicare
 A limine Musas salutare

LINGUA LATINA

Lingua latina, Latin language, Langue latine, Lateinische Sprache, Lengua latina

Latini sermonis incorrupta integritate uti
 Caste pureque Latina lingua uti
 In alicuius sermone mira latinae linguae elegantia elucet
 In alicuius dictione mirus Latini sermonis candor inest
 Stilo dicendi uti terso et castigato
 Quod in Latina lingua cultissimum ac ornatissimum, id totum in alicuius sermone deprehendere
 Casti incorruptique Latini sermonis laude florere
 In alicuius sermone nativa et omnibus numeris absoluta latinitas inest
 Alicui veluti per manus tradita ac testamento legata Latinitas videtur
 Latinas litteras praeclare callere, tenere, exhaurire
 Latine scire
 Pessime Latine loqui
 Latinam linguam probe noscere, luculenter scire
 Virum esse Latine doctum
 Latinum spirare eloquium
 Latio caelo genitum credi
 Fato quodam benigniore alicui datum est latio caelo nasci et educari
 Linguam Latinam colere et fovere

Latina lingua scientem et valentem esse
 Linguam Latinam culto ore modulari
 Latinam Minervam pulchre amplecti
 Latino dicendi genere praestantissimum esse
 Latinis litteris esse ornatissimum
 Aliquem Latina litteratura plurimum exornat
 Cultiorum litterarum amatorem (amatorem) praecipuum esse
 Latina lingua, litteris latinis doctum esse (p. 187 s.)
 Latini sermonis callentissimum esse
 In Latinae linguae studio bonas horas consumere
 In Latino dicendi genere feliciter laborare
 In Latinae linguae studio multum proficere
 Latinae linguae peritiam iam abunde esse consecutum
 In Latinae linguae studio multos facere progressus
 In Latina lingua sese perbelle excolere
 Romanae linguae non nescium esse
 Latinae litteraturae palmam magno eruditorum omnium consensu alicui praeripere

STILUS

Stile, Style, Style, Stil, Estilo

Eleganti structura scribere

Scribere terse, nitide, expolite, quam eruditissime, lepide, venuste, ornate, distincte, adamussim, pensiculate, enucleate

Aliquid scribere miro verborum cultu expolitum

Aliquid ingenio perfectum et industria elaboratum scribere

Spirante Minerva aliquid elucubrare

Alicuius scriptis inest concinna facilitas et facilis concinnitas

Stilo scribere placido, sedato, inafectato, aperto, simplici, modestiae pleno, docto, erudito, sui undique simili, non scabro, non contorto, non conturbato

Verborum delectu religiosum et proprietate perspicuum esse

Alicuius verba myrothecio isocratico affatim sunt delibuta, promiscua venustate munditiaque verborum perornata, Demosthenio lepore exulta, eleganti ac absoluta verborum cultura elaborata electis verbis ac sententiis plena, salibus undique scatentia, multo venustatum colore depicta et variegata, omni elegantiarum genere ornatissima, lepidis vocum modulis vincta, arguta, dulcia, nitida

Alicuius scripta oleum lucernamque et demorsos unguis resipiunt

Laconismo delectari

Pauca de aliqua re carptim delibare

Aliquid cursim breviterque attingere

Laconica uti brevitate

Alicuius stilo capi

Alicuius scribendi genus castissimum est atque ab omni naevo purissimum (non triviale, cultum, subactum)

Alicuius scripta incondita sunt, ineliquata, indiscussa, non rotunda, non bene tornata, frigidissima, tortuosa et tergiversantia

Alicuius epistolium multam variamque sapit lectionem

Alicuius epistula nihil vorticosum resonat (mero atticismo scatet, plura latinitate redundat)

In alicuius epistulis nihil plebeium offenditur

Aliqua voce (aliquo vocabulo) uti perfecte, imperfecte (praepostere, inscite, parum proprie)

Aliquam dictionem minus proprie (perperam, inepte) observare, interpretari)

Obscurae (protritae) rei nitorem (splendorem) dare

Litteras oratoriis pigmentis excolere

Trivialiter dictis non parum gratiae aut venustatis inserere

Multa sunt in libro aliquo tenebris circumfusa

Materia, argumentum libri non satis puerili ingenio aequa sunt

Nihil in libro aliquo est in medio positum, nihil non abstrusum et reconditum

Orationem sententiarum floribus aspergere, verborum luminibus frequentare, figuris distinguere, dictionum luminibus (gemmis) illuminare, verborum veneribus perfundere

Alicuius oratio figurarum splendore, nitore fulget, stellulis micat

Eleganter, ornate, polite, laute, diserte, solute, nitide, apte, congruenter, compte, fluide, concinne appositeque loqui

Sententiam aliquam admodum concinne, magno cum lepore, percommode, explicare, explanare

PHILOSOPHIA

Filosofia, Philosophy, Philosophie, Philosophie, Filosofía

Ad philosophiam se conferre
 Animum ad philosophiae studium
 adiungere, adicere, applicare
 Animum suum ab omni alia cogita-
 tione ad philosophiae studium
 traducere
 Philosophiae operam dare; studium
 dicare
 Omnes animi sui vires ad sapien-
 tiaae studium conferre
 Admirabili quodam ad philosophan-
 dum studio concitari
 Philosophiam persequi
 In philosophicis magnos progressus
 habere; magnas progressionem fa-
 cere
 Ad summi philosophi laudem pro-
 ficere
 In philosophia magnos progressus
 efficere
 Philosophiae universae capita di-
 sceptantur
 De controversis philosophiae quae-
 stionibus respondere
 Philosophiam universam erudito in
 certamine tuendam, propugnandam
 suscipere
 Philosophiae scita academico in
 consessu propugnare
 Dialecticam pugnam comparare
 Dialectica exercere

Multa dialectice dicere
 Philosophia omnia pertentat, vesti-
 gat, summa cura et studio veri-
 tatem exquirat, in lucem protra-
 hit; omnibus vestigiis, diligentis-
 simis disquisitionibus verum pers-
 crutatur
 Illotis pedibus dialecticem ingredi
 Confidenter atque imperite dialecti-
 cem aggredi
 Profane et irreverenter ad dialecti-
 ces sacra accedere
 Haudquaquam lotis (ut aiunt) ma-
 nibus ad dialecticem advolare
 Ad philosophiam suum studium ap-
 plicare
 Generis humani parentem philoso-
 phiam studio complecti
 Rerum humanarum atque etiam di-
 vinarum cognitiones studiose co-
 lere
 Se ad eius studium scientiae adiun-
 gere, unde nascitur atque alitur
 vitae moderatio
 Philosophiae se dedere, suam ope-
 ram radere, suum studium dicare
 Omnes animi sui vires ad sapientiae
 studium appellere
 Dialecticorum argutias callere
 Perfectam rerum humanarum divi-
 narumque cognitionem adipisci

IUS

Diritto, Law, Droit, Recht, Derecho

Legum civilium consultissimum
 esse
 Legitima scientia conspicuum esse
 Legum peritissimum esse
 Iuris peritia insignem esse
 Utriusque iuris cognitione clarum
 esse
 Iuris prudentiae candidatum esse
 Iuris nodos et legum aenigmata sol-
 vere
 In disciplina iuris et noscendis in-
 terpretandisque legibus scientia
 esse illustri

Consultissimum omnis divini atque
 humani iuris esse
 Iuris scientissimum esse
 Divini humanique iuris auctorem
 celeberrimum esse
 In disciplina iuris atque legibus in-
 terpretandis auctoritate illustri
 esse
 Iurisconsulti domus est oraculum
 civitatis
 Ad iuris studium se conferre
 Disciplina iuris civilis eruditissi-
 mum esse

ARS ORATORIA

Oratoria, Oratorical merits, Eloquence, Redekunst, Oratoria

Cultum et eloquentem esse
 Facundiae esse ornatissimae
 Elocutione facunda et nitida uti
 Alicuius ore singularis eloquii suavis demanat
 Cum summa verborum proprietate sermonisque venustate atque gratia declamare
 Ciceronis elegantiam atque iucunditatem in dicendo egregie exprimere
 Suaviloquo lepore valere
 Cultissima facundia praecellere (celebrari)
 Sessitat in labris Suada diserta suis
 Orationis et eloquii suavitate clarum esse
 In labris Pitho stat reverenda suis
 Exactissima dicendi facultate valere
 Alicui rethorica subservit et ad unguem nota est
 Ex alicuius ore oratio fluit melle suavior
 Flexanimam quandam Suadelam referre
 Dicendi maiestate et orandi praestantia esse clarissimum
 Alicuius orationi inest ornatus cum summa perspicuitate
 Rem subtilissimam nudis verbis tractare
 Ad breviter orationem artare
 Laconicam imitari breviloquentiam
 Summatim aliquid exprimere
 Rem difficillimam strictim atque cursim transgredi
 Alicuius sermo incorruptae vetustatis indole censetur
 Longam sumere orationem
 Alicuius sermo est dulcis, proprius, exquisitus, gravis, suavis, mellitus, nitidus, cultus, castigatus, emaculatus, excomptus, comis, placidus, argutus, gratosus
 In dicendo, uti apparatu, luxu, blanditiis, concinnitate, varietate, decore, ornatu, festivitate, gem-

mis, delectu, amoenitate, coloribus
 Loqui, eloqui, effari, dicere, proloqui, agere sincere, terse, nitide, presse, polite, exculte, erudite, pure, integre, candide, aperte, clare, plane, simpliciter, perspicue, dilucide, explanate
 Imitari Catonis gravitatem, Celii lenitatem, Gracchi impetum, Caesaris calorem, Hortensii distributionem, Ciceronis opulentiam
 Arti rethoricae studere, operam dare, studia tradere, vigilias addicere, dicare, studium suum dare
 In arte bene dicendi studium ponere, consumere, collocare
 Ad eloquentiae studium operam conferre, se applicare, se adiungere
 In rhetoricae studium incumbere
 Rhetorum flosculis abundare
 Dicendi facultate praestare
 Eloquentia valere
 Eloquentia non vulgari praeditum esse
 Suae mentis cogitata eloquenter explicare
 In dicendo suavem et ornatum esse
 Alicuius oratio sonantibus abundans verbis uberibusque sententiis, audientium animos delectat et movet
 Divina dicendi vi desides instigare, praecipites reprimere, inertes accedere, furentes exarmare, audaces cohibere, agrestes mitigare barbaros ad humanitatem immutare; animos commovere et in omnem partem convertere
 Verbis aculeatis aliquem perstringere
 Aceto aliquem aspergere
 Orestem quasi describere
 Audientes ambagiosis verborum involucris (sinuosis verborum anfractibus) remorari

In barbarismos ac soloecismos incidere
 Alicuius verba barbariem olent et resipiunt
 Alicuius oratio barbarie squallet
 Offas robusti sermonis ingerere
 Inter loquendum totum effundere Heliconem
 Proicit ampullas et sesquipedalia verba
 Folle ventos premere
 Centeno gutture inter dicendum niti
 Elocutione uti antiquata atque reciproca
 Quasi cum Evandri matre loqui
 Alicuius eloquium est confusaneum, perturbatum, inauditum, implicitum, insolens, tremulum, vacillans, infirmum, male curatum, male pastum, sordidum, unguentarium, inexplicabili (inextricabili), verborum circuitum obvolutum (obvinctum), captiosis verborum laqueis conceptum, circumactum, agreste, hircosum
 Orare crasse, obscure, rude, incondite, incultissime, sine sale

In dicendo uti aculeis, acrimonia
 Eloquentiae penitus expertem esse
 Eloquii esse inopem
 Compressione rerum totam obcaecare orationem
 Aenigmata loqui
 Alicuius orationis Oedipo coniectore opus est
 Alicuius sermo oraculis similior, quam orationi est
 Uberrime omnia tractare, pertractare
 In aliquo est flumen verborum
 Iuvenili paene redundantia luxuriare
 Verbis effervescentibus et paulo nimium redundantibus uti
 Sermonis plenum oratorem esse, ac prae ceteris verbosum
 Omnia ore pleniore disputare et tractare
 Velut in immenso campo liberius vagari
 Omnia fuse, copiose, rhetorice augere et ornare

HISTORIA

Storia, History, Histoire, Geschichte, Historia

Veterum monumenta identidem volutare
 Annales rerum gestarum continenti opera versare
 Antiquitatis monumenta frequenter adire
 Publicae famae monumenta identidem evolvere
 Antiquitatem omnem et exemplorum vim tenere
 Superiorum temporum res gestas legere et in memoriam revocare
 Animum crebro ad vetera referre
 Ex annalium fide antiquitatis memoriam excitare, renovare
 Antiquitatis speciem ex priscis monumentis animo repraesentare
 Res gestas ad memoriam perscribere, monumentis consignare, litteris complecti

Memoria litteris mandare, prosequi
 Historiam condere, scribere, tenere, legere
 Annalium monumentis res gestas commendare
 Res gestas litteris prodere, memoriae prodere
 Aliquid historiae mandare
 Alicuius res posteritatis memoriae tradere, prodere, consecrare
 Res alicuius ad memoriam posteritatis propagare
 Aliquid litteris firmare
 Aliquid immortalitati, scriptis ac monumentis mandare, commendare
 Superiorum temporum memoriam commemorando renovare
 Superiorum tempora res gestas recognoscere, memoria repetere

Mentem ad antiqua revocare
 Animum ad vetera referre
 Superiorum temporum memoriam
 refricare, redintegrare
 Aliquid in memoriam reducere
 In annalibus memoriam prodere
 Vulgo scribere
 Scriptis aliquid relinquere (memo-
 riae dare)
 Historicum litteris aliquid deman-
 dare

In veteribus memoriis aliquid scrip-
 titatum legere
 In commentariis referre
 Periucunda sane ac lepida historia
 de aliqua re tradere in commen-
 tariis
 Alicuius moris observationisque te-
 stimonia atque documenta in an-
 tiquitatibus perscripta sunt
 Aliquid veteres annalium scriptores
 posteritati ignotum esse noluerunt
 Aliquid veteres annales tradunt

MATHEMATICA

Matematica, Mathematics, Mathématique, Mathematik, Matemática

In arithmetis satis versatum esse
 Geometricis litteris perfecte erudi-
 tum esse
 Geometriam penitus cognoscere,
 omnino callere
 In geometria excellere, omnes vin-
 cere, nemini secundum esse, pa-
 rem habere neminem, superiorem
 esse omnibus
 Geometricis disciplinis apprime ex-
 cultum esse
 In geometricis litteris procedere et
 ad summum pervenire
 Rationem putare, subducere, con-
 ferre, supputare, expedire, et col-
 ligere
 Summam ad calculos revocare
 Subductis rationibus summam fa-
 cere, colligere, conficere
 Totius summae rationem inire
 Geometriam discere, tractare, in
 summo honore habere

Geometricum quid explicare
 Mathematici in arte multiplici sub-
 tilique versantur
 De summa deducere, decidere
 Addendo deducendoque videre, quae
 reliqua summa fiat
 De capite detrahendo, remittendo
 semper aliquid, summa reliqua
 non fit maxima
 Mathematicas apodixes perceptas
 habere
 Summam rationibus referre
 Summam subducere, facere
 Rationibus dispungendis praeesse
 Rationes referre, edere, conficere,
 ponere, accipere
 Summa conficere, imminuere
 De summa detrahere, decessionem
 facere
 Alicui de summa remittere
 Retionibus aliquid inferre

ARS PINGENDI

Pittura, Painting, Peinture, Malerei, Pintura

Aliquid singulari artificio exprime-
 re atque exornare
 Coloribus aliquid illustrare, effin-
 gere, adumbrare
 Ex vero alicuius vultum reddere

Ad nativi oris formam imaginem
 expressam dare
 Effigiem ad germanam exprimere
 Pictorem esse egregium

- Pingendi arte esse praestantissimum
 Penicillo nihil non imitari felicissime
 Pingendi artificio non modo naturam ipsam adaequare, sed etiam superare
 Alicuius rei speciem et formam adumbrare
 Tabulas bene pictas in bono lumine collocare
 Aliquid pingere, depingere, expingere, coloribus exprimere, penicillo describere
 Udo tectorio pingere
 Recenti albario (recentis albarii parietem) pingere
 Aquario subactu depingere
 Aqueo diluto (aquea maceratione, aquei) diluti coloribus pingere
 Pigmentis glutine (vervecino) subactis tritisque in pingendo uti
 Pigmento oleario (oleariis coloribus, oleari subacto, olearii subactus opere) pingere
 Veruculo ceras pingere
 Cestro incisas ceras dipingere
 Encaustico verulo pingere
 Testacea encausto vitreo, encaustico vitreo, fusili ac picto vitro pingere
 Ex vero vultum hominis graphice pingere, fingere
 Merum viventis vultum penicillo reddere
 Ionico opere vultum exprimere
 Alicuius imaginem politissima arte dipingere mire
 Alicuius egregie pingere vultum, singulari artificio exprimere atque exornare
 Egregiis picturae coloribus aliquid illustrare, perficere et egregie perpolire
 Sub oculos imaginem alicuius ponere, describere
 Alicuius rei monogrammam, figuram; accurate describere (ex arte delineare)
 Aliquid lineari pictura descriptius figurare (opere di grafico accuratius exprimere)
 Aliquem penicillo effingere, exprimere, digraphicis lineis designare, describere, effingere
 Aliquid delineare, adumbrare, nudis lineamentis pingere
 Lineariam picturam exercere
 Digraphiam exercere
 Alicuius vultum coloribus ad veritatem adducere (ex vero graphide reddere)
 Veri ac spirantis vultus speciem fingere, exprimere, effingere
 Alicuius imaginem veris ac nativis coloribus effingere, figurare, delineare, exprimere
 Ex vero vultum alicuius reddere
 Ad veri oris speciem aliquem exprimere
 Ad nativi oris iconem aliquem effingere
 Ad expressam vivi ac spirantis oris imaginem aliquem designare
 Ad germani oris speciem aliquem expingere
 Imaginis archetypum imitari
 Pictae tabulae exemplum exprimere, exemplar expingere, effingere, exprimere, effingere
 Imaginem penicillo exprimere, coloribus effingere

MUSICA

Musica, Music, Musique, Musik, Música

Musicae studio teneri
Sonorum studio capi
Nervorum vocumque cantibus delectari
Fidibus, tibiis modulate canentibus laetari
Fidiculis numerose sonantibus gaudere
Mollissimis et delicatissimis in cantu flexionibus mirifice perfrui
Pulsis scienter fidium nervis, vocum gravitate ac varietate animus concitatur
Alter materiam subicit, alter modulate illam describit
Alter verba, alter modos ac numeros adinvenit
Alter voces subicit, alter modis musicis illigat
Tibiis fidibusque modulate canere, cantare
Cantus nervorum et tiliarum personat
Musicam tractare
Recte canendi artem callere, tenere
Canendo vocem nunc intendere rite, nunc remittere
Vocem moderari, afferre, componere

Canendi modos probe callere
In alicuius modulatione nihil absonum, inconditum, inconcinnum
Sonus in aures ac animos suaviter influit
Cantibus animos impellere, incitare
Suavitate modulorum aures tenere
Fidibus scire, canere, dicere
Fides pulsare
Vocum concentus atque discrimina callere
Suavissimo vocum concinentium lenocinio animum mulcere
Sonorum concordia auribus lenocinari mentemque per aures iucundissime depraedari, susurrari, blande allicere, amabilissime rapere, gratissimo voluptatis sensu perfundere
Vocum non exquisita arte modularum symphoniam edere
Rudior musicae opera concentum efficere
Musica, arte musica, musices disciplina, ratione musica, symphonia teneri, capi, rapi
Modulate, musice, ad harmoniam canere, cantare, modulari
Harmonice canere

INTELLENTIUM PATROCINIUM

Mecenatismo, Patronage, Mécénat, Mäzenatentum, Mecenazgo

In litteratos viros propensa benevolentia esse
Bonas artes aerumque professores plurimi aestimare

Bonarum artium studiosos complecti atque amare
Exactissimas politioresque litteras adamare, venerari, alere, suspicere

Eruditus viris suae quasi maiestatis fascis submittere
 Politiores litteras auctoritate tueri, splendore ornare, benignitate fovere
 Litterarum amatorem esse magnificum
 Philosophiae cultoribus ex animo bene velle
 Nullo officiorum genere studiosos non prosequi
 Studiosos rectorum litterarum sibi destringere
 Eruditorum omnium magnificum esse Maecenatem
 Toto pectore studiosos iuvare
 Multa opera et propensione litteris favere et patrocinari

Favorem, benignitatem, subsidium instaurandis, evehendisque honestis studiis studiorumque assertoribus tuendis impendere
 Litteras, pacis alumnas, ab iniuria vindicare
 Ruinosis et nutantibus litteris perbelle succurrere
 Cadenti et interitum minitanti rei litterariae pulchre consulere
 Ruentibus in praeceptis disciplinis summopere miraue solertia prospicere
 Litteris suis etiam damnis (toto pectore) favere
 Studiorum Maecenatem esse
 Sapientibus favere, studere

DISPUTATIO

Disputa, Dispute, Debate, Unterredung, Disputa

Disputationi interesse
 Acriter disputationem ingredi
 Multum cum adversariis confligere, contendere
 Bene longam disputationem habere
 Accurate et rationibus undique conquisitis, subtiliter, copiose disserere
 Multa in aliquid probabiliter argumentari
 Contentione dicendi maxima decertare
 Aliquid non mediocri contentione agitare
 De aliqua re contenditur, disseritur, disceptatur, lis est
 Aliquid in dubium vocare, in controversiam adducere
 De aliqua re enascitur, exoritur controversia
 Res aliqua in medio est
 De aliqua re argumentis disputare
 Abscondite, acerrime, accurate, acute, anguste, argute, bene, brevius, commodius, copiose, dialectice, diutius, docte, dupliciter, durius, uberius, inepte, latius, nervosius, praeclare, plurimum, prudenter, recte, remissius, splendi-

dius, hostiliter, tenuiter, verissime disserere
 Alicuius obiecta facile infirmare et convellere
 Alicuius opinionem labefactare
 Alicuius argumenta facile obruere, proterere, posternere
 Sententiam alicuius facile frangere
 Alicuius tela haud difficulter repellere
 Aliquem strenue refellere, coarguere, vincere
 Obiecta ab adversario elevare
 Alicuius sententiam explodere, eicere, spernere, damnare
 Alicuius argumenta respuere ac pro nihilo putare
 Adversarii sententiam ineptam iudicare, improbare, refutare
 Aliquid in disceptationem cadit, in in disceptationem versatur
 Aliquid in controversiam vocatur, adducitur, deducitur, in contentione est
 Rationibus conquisitis disputare
 Argumentis uti gravibus et certis
 Rationes suggerere firmas et certissimas
 Causam rationibus persuadere, o-

stendere, agere, tueri, sustinere
 Accurate de re dicere
 Rationibus concludere
 Rem exquisitis rationibus confirmare
 Rationibus solum pugnare
 Veritatem rationibus exquirere
 Rationem suae sententiae reddere, ostendere, colligere, afferre, exponere, explicare
 Adversariorum rationes refutare, reicere
 In arena et studio litterario animose digladiari
 De fumo disceptare
 Aliquid in contentionem adducere
 Disputationem instituere, decertare
 De aliqua re disputationem habere, rationibus agere

Audacter in arenam litterariam descendere, disserere
 In disceptationem, in deliberationem cadere, venire
 Quaestionem aliquam agitare, discutere, disputare, disceptare, excutere
 Aliquid in quaestionem adducere
 De aliqua re disserere, disceptare
 Rixari de lana caprina
 Errore quodam fallimur ita disputando
 Doctissime disceptare
 Diligentissime disceptare, disputare
 Descendit in arenam, unde victor exiit
 In aliquo relucet enixetas quaedam et morositas disputandi
 De asini umbra certare
 De lana caprina digladiari

RES PRESSORIA

Stampa, Printing, Presse, Presse, Prensa

Scriptum invulgare, vulgare, in vulgum edere, in publicum promere, in auras efferre, in aspectum publicum producere, in lucem prodere
 Sua scripta typis impressoriis (formis) excudere, cudere
 Suum opus publicitus evulgare
 Lucubrationem suam typicis chalcographorum notis committere
 Libellum alicui nominatim dedicare, dicare
 Opus suum alicui destinare, devovere
 Librum publicare mendosum, mendis scatentem, exundantem erratis, maculis squalentem, pardo maculosiorem, erroribus corruptum, mendulis depravatam, labeulis respersum (interspersum)
 Scripta in lucem edere elimata (castigata)
 Alicuius liber transversa calami rugas evasit
 Alicuius scripti abstergere menda, eluere errata

Scriptorem aliquam multa lima cruciare, creta notare
 Volumen aliquod a mendis purgare
 Alicuius operi unguis (obelos, lituras) adhibere
 Librum emittere, edere
 Opus foras dare
 Liber apparet, exit
 In publicum dare librum, pervulgare, divulgare, in vulgum edere
 Lucubrationes suas in lucem prodere, in lucem dare, luci committere, iuris publici facere
 Alicuius libri apud omnes in pretio et honore sunt
 De alicuius libris egregia opinio, existimatio est
 De alicuius libris omnes praeclare existimant, sentiunt, iudicant
 Alicuius libri omnium iudicio probantur; omnium laudibus ornantur, omnium in manibus versantur, omnibus manibus teruntur, omnium sinu foventur
 Librum componere, contexere

Variarum commentationum monumenta relinquere
 Elucubrationes chartis ad posteros transmittere
 Copiosos in omni genere libros emittere
 Cogitationes suas litteris monumentisque explicare, consignare, mandare, commendare
 Librum alicui nuncupare, inscribere, offerre
 Suas vigilias sub alicuius nominis clipeo, auctoritate, fulgore, splendore edere
 In aliquo libro multa sunt tenebris circumfusa; multa abstrusa; crassis occultata tenebris
 Habet liber multa longissime ab imperitorum intelligentia sensuque disiuncta
 Materia, argumentum libri non satis puerili ingenio aequa sunt
 Nihil in libro non abstrusum et reconditum
 Multa ex secretariis doctrinarum abdita eruere atque expromere
 Alicui libellum aliquem nominatim dedicare

Alicui peculiariter donare dicareque opusculum aliquod, quantulumcumque est
 Pro argentaria liberalitate chartaceam remunerationem rependere ac reponere
 Quidquid est ex chartacea supellectile sua depromptum alicui devovere destinareque
 Charta alicuius remuneratio ea est apud ingenuos virtutisque cultores, ut auro gravior esse soleat
 Librum typis tradere, mandare, imprimere, committere, prodere, emittere, excudere, consignare
 Scriptum typico prelo mandare, commendare, subicere
 Sua opera typis excudenda curare
 Typis excussa scripta sua in lucem edere, in lucem emitte, memoria prodere
 Litteris et monumentis opera sua mandare
 Liber aliquis sub prelo est, versatur; sub praelum successit, venit; sub typographi manum concessit

VERSIO

Traduzione, Translation, Traduction, Übersetzung, Traducción

Auctorem aliquem Latine vertere
 Verbum e verbo exprimere
 Verbum verbo reddere
 Ad verbum transferre
 Verba apertius transferre
 In linguam Latinam transferre
 Scriptorem e Graeco in Latinum vertere, convertere, interpretari, transferre, traducere, lingua Latina illustrare
 Scriptorem aliquem ad verbum interpretari
 Verbum ex verbo vertere
 Verbum pro verbo interpretem reddere
 Totidem verbis aliam in linguam scriptionem aliquam transferre
 Scriptum aliquod non ad verbum, sed ad integras sententias interpretari

Alicuius non singula verba, sed solida membra ex ratione sententiae vertere
 Alicuius mentem non totidem alterius linguae verbis, sed membris ac sentiis exprimere, explicare, reddere
 Scriptorem aliquem de Graecis convertere
 Graeca prope iisdem verbis Latine versa dicere
 Graeca latine reddere
 Quae auctor aliquis Graeco sermone tractavit, Latinis litteris mandare
 Graecum scriptum in Latinum convertere
 De Graecis aliquid Latine dicere. Latino sermoni, Latinae consuetudini scriptum aliquod tradere

IV MORES

VITA MORALE, MORAL LIFE, VIE MORALE,
MORALISCHES LEBEN, VIDA MORAL

ADULATIO

Adulazione, Flattery, Flaterie, Schmeichelei, Adulación

Assentari alicui
Alicuis auribus servire
Lolliginis succus alicui inest
Aliud fronte simulare, aliud in pectore firmare
Potentiorum foribus affixum esse

Auribus inservire
Blanda assentatione uti
Assentationis artificio gratiam quaerere
Blanditias in alicuius aures influere
Supparasirandi artem tenere
Ad gratiam loqui
Laudibus aliquem conciliare, expugnare
In adulationem scite se componere
Falsum obtrudere
Aures scalpere, mulcere, permulcere

Blanditiis fallere, delinire
Assentationibus animum demulcere
Assentatoris partes egregie agere
Blandimentis benevolentiam non inscite colligere
Spem et animos solita vanitate inflare
In suas partes, commoda, amicitiam pertrahere studere
Voluntati servire

Assentationibus et blanditiis in alicuius se consuetudinem insinuare
Gratiam aucupari
Omnia ad voluntatem dicere
Laudes auribus, non veritati largiri
Alicuius aures blanditiis imbuere
Amorem alicuius artificio sibi adiungere
Multa auribus dare

AMBITIO

Ambizione, Ambition, Ambition, Ehrgeiz, Ambición

Sitit famam (gloriam)
Laudis avidus (avarus, amans, cupiens, appetens)

Est laudis humanae esurientissimus
Nullis rei quam laudis ambitiosior
Laudis amore tumet

Humanae laudis sitientissimus (appetentissimus)
 Famae ieiunio praeceps
 Gloriae fame insanus
 Avidus appetitor fama
 Gloriae stimulis excitatur
 Aestu gloriae percitus
 Auras cantare non desinit
 Auram popularem venatur, ambit, aucupatur
 Est laudis humanae oppido studiosus
 Totus popularibus auris impellitur
 Vir est suapte ingenio gloriae famelicus
 Est gloriae popularis ardelio, sitiator, helluo
 Sibi adolescentia suasit nihil esse in vita magnopere expetendum nisi gloriam
 Prae studio laudis iacturarum damnorumque corporis est contemptor
 Omne membrum corporis vellet offerre fortunae, ut de cetero vitam cum gloria ageret

Laudem petere
 In laudem toto pectore, totis animis incumbere
 Laude, gloria duci
 Gloriae studio atque amore flagrare
 Laudem unam spectare
 Nihil laude et gloria antiquius habere
 Laudi atque gloriae servire
 Nihil in vita magnopere expetere, nisi laudem, et in ea persequenda omnia pericula parvi ducere
 Laudis studio efferri
 Inflammato rapi ad laudem studio

Laudes venari
 Opinionem aucupari
 Auram popularem captare
 Aestu gloriae esse percitus
 Gloriae stimulis agitari

Gloria ferri, flagrare, volitare, duci
 Laudis cupiditate ardere
 In concupiscenda gloria modum non novisse
 Gloriae stimulis, aestu ingenti agi
 Mirum in modum gloriae dulcedine tangi, capi, excitari
 Summus mentis ardor ad gloriam aliquem rapit
 Laudis studio trahi
 Ad gloriam ferri
 Laudis amore teneri, capi
 Ante omnes res gloriam spectare
 Alicui gloria in animo (in oculis, in amoribus) est
 Ex laude pendere
 Umbras etiam falsae gloriae consecrari
 Inanem etiam gloriam venari, aucupare

Ad ambitionem toto pectore incumbere
 Incredibili gloriae cupiditate ferri
 Honoris esse supra modum appetentem
 Infinita honorum cupiditate ardere
 In honorem studio pene modum nescire

Famam aucupari, expetere
 Ventos omnes rumorum colligere
 Avidum esse praeter modum gloriae
 Inanem aucupari rumore

AUDACIA

Audacia, Boldness, Audace, Kühnheit, Audacia

Herculeae audacia admirandum esse
 Impudentis audaciae esse satellitem, nebulonem
 Nimia audacia solutum esse
 Audaciae esse non tolerandae
 Audaces (audentes) fortuna iuvat

Promptissimae vir audaciae
 Audacia vigere maxime
 Animi non minus esse ad mortem, quam ad caedem
 Nullum non facinus, quantumvis fortuna maius, intrepidum adire

Plenum esse spei atque animi
 Fiduciae plurimum ac spiritus in
 aliquo inest
 Homo confidentia ac temeritate in-
 credibili
 Homo audaciae proiectae, praerup-
 tae, inhumanae, intolerandae
 Animal ex omnium scelerum im-
 portunitate concretum
 Homo audacia ac temeritate insi-
 gnis
 Vir incredibili importunitate et ad
 omne facinus audacia armatus,
 inflammatus
 Eminentem esse audacia
 Pericula non dubitanter adire

In quemcumque casum alacrem ten-
 dere
 Omnem periculi procellam in se
 unum avertere
 Pudorem omnem abstergere, dedi-
 scere, proscribere
 Verecundiae septa finisque transili-
 re
 Omnem a se verecundiam remove-
 re, longissimeque proicere
 Omnia verecundiae repagula refrin-
 gere
 Pudorem dimittere, exuere
 Verecundiam dudum abicere
 Exhausti (praemortui) esse pудо-
 ris
 Frontem (os) perfricare

AVARITIA

Avarizia, Avarice, Avarice, Geiz, Avaricia

Ad aurum congerendum ire certa-
 tim
 Auro insidiari
 Divitias omnibus appetere votis
 Auri habendi cupiditate intabescere
 Quovis lucello capi, duci
 Omnia ad quaestum et nundinatio-
 nem traducere
 Quaestu et lucro duci
 Omnia ad lucrum revocare
 Avaritia esse ardentem, inhiantem ac
 imminente
 Alicui nullus adversus immodicas
 cupiditates stat terminus
 Avaras et insatiabiles manus ad
 omnia porrigere
 Inexplebili auri cupiditate laborare
 In re quaerenda, in opibus conge-
 rendis, in divitiis colligendis, com-
 parandis, contrahendis plus ope-
 rae ponere, collocare, quam ae-
 quum est
 Auri argenteique studio, supra quam
 dici potest, teneri
 Ad divitias inflammatum aviditate
 rapi

Aurum immodice sitit
 Lucris et opibus inhiant
 Est studiosior lucri quam par sit
 Avaritia ad iniuriam usque grassa-
 tur
 Nummis adeo inhiant, ut sibi non sit
 amicus
 Fervet avaritia miseraque cupidine
 pectus
 Mira divitiarum fames habet homi-
 nem
 Illi nullus satis est thesaurus
 Animum habet ad avaritiam nimio
 inflexum
 Immoritur lucris et amore senescit
 habendi
 Suum studium congerendis num-
 mis devovit
 Sibi plaudit ipse domi simulac
 nummos conspexit in arca
 Illi nihil obstat, dum ne sit ditior
 alter
 Ab ipsis etiam statuis exigeret fari-
 nas
 A mortuo tributum extorqueret

HUMANITAS

Bontà, Goodness, Bonté, Güte, Bondad

Ea esse humanitate ut nihil supra possit

Humanitate excellere, omnibus antecellere, praestare, omnes vincere, superare

Nihil aliquo humanius

Humanitatem colere, ut nemo magis

Singularem in comitate morum ac praecipua quadam laude dignum iure aliquem ducere

Laudem suavissimae comitatis praeter caeteras ferre

Laus humanitatis et comitatis alicui maxime debetur

Moribus esse suavissimis cultissimisque

Morum elegantia ac suavitate esse mirabili

Mira facilitate ac venustate morum esse praeditum, conspicuum

Nihil aliquo amantius, suavius, comius, iucundius

In omni sermone affabilem esse

Summa omnes comitate complecti

Facillimum se praebere omnibus eosque familiariter ac hilariter amplexari

Mira in aliquo suavitas, mira comitas affabilitasque sermonis

Summa placabilitate, summa animi facilitate esse

Omnibus se placabilem exorabilemque praebere

Comitatem cum gravitate coniungere

Gravitatem comitate condere

Gravitate comitatem aspergere

CONSTANTIA

Costanza, Constancy, Constance, Beständigkeit, Constancia

Animo esse firmo, stabili, immutabili, minime levi, non fluxo, non variabili

Animo minime fluctuare, vacillare, claudicare, labi

Nihil in aliquo levitatis inest, aut incostantiae

Numquam a seipso discedere

Nullam in aliquo animi infirmitatem, nullam consilii mentisque mutabilitatem deprehendere

Seipsum ab omni perturbatione invictum praestare

Animi aequitatem, praesentiam ubique prae se ferre

Constantia, animi firmitate esse egregia

Ad res gerendas constantiam afferre, adhibere singularem

Abunde constantis animi esse

Nihil ex pristina voluntate mutare

Eadem constantia et florente et sinistro rerum statu esse

Consiliis ad exitum perducendis

animo praesenti esse

Fortis animi esse et constantis

Rebus adversis non perturbari

Propositi tenacem, constantiam in instituto retinere, servare

Huc, illuc, in hanc vel illam partem non facile flectere

Non magis solem a suo cursu, quam alicuius animum ab aequitatis studio deflectere

Idem alicui vultus in omni re, eadem mens in omni fortuna videtur

Alicuius animum nec prospera fortuna effert, nec adversa infringit Eodem vultu et res secundas et adversas excipere

Pulcherrime secundam et adversam fortunam ferre, subire

In aliquem fortunae nihil iuris est

Nec prosperis rebus inolescere, nec adversis frangi

Aliquem nec in secundis rebus lae-

tiorem, nec in sinistris tristio-
rem videre
Eundem vultum in omni fortuna re-
tinere

Aequalt semper tenore esse
Sibi optime constare
Virum esse, cuius constantiam res
nulla labefactet

MENDACIA

Falsità, Falsity, Fausseté, Falschheit, Falsedad

Sincerae veritatis non esse studio-
sum
Mendacia de aliquo licentissime
praedicare
Aliquem fallere, (circumvenire, cir-
cumscribere, circumducere, delu-
dere, eludere)
Alicui imponere fucum
Res astu (arte) tractare
Dolo (fraude, technis, praestigiis,
versutia, astu, astutia, officiis, im-
postura) cum aliquo agere
Compositis ad fraudem mendaciis
semper esse instructum
Mendacia alia ex aliis instruere
Mera fundere mendacia
Veritatem mendaciis contaminare
Omnia mendaciunculis aspergere
A vero longissime abesse
Alienum a veritate esse
A veritate abhorrere
Falso loqui
In (De) aliqua re mentiri

Per dolum atque insidias agere
Alicuius imbecillitatem aucupari
In fraudem aliquem impellere
Aliquem ludificare, destituere, cir-
cumducere, emungere, circumscri-
bere ac circumvenire
Omni fraude et perfidia fallere, im-
probissime fraudare
Ex fraude fallaciis, mendaciis to-
tum constare, consutum esse
Totum ex fraude et mendacio fac-
tum videri
Nihil nisi dolos, fallacias, machinas,
praestigias animo disponere
Nonnisi dolos nectere, intendere
Non tam virtute, quam dolo con-
tendere
Insidiis niti
Aliquem in fraudem conicere, dedu-

cere, illicere, inducere, implicare
deferre, conducere, agere
Alicui errorem offundere
Aliquem insidiis captare, dolis lu-
dere, ductare, incessere, fallaciis
irretire, eludere
Aliquem in errorem ducere
Verba ex insidiis alicui dare
Aliquem dolo capere
Fraudem concipere, suscipere ma-
ximam
Fraudem facere, admittere sane
turpissimam
Dolos consuere non paucos
Dolum commoliri, adhibere nefa-
rium
Fallaciam intendere dictum auditu-
que foedam
Fraudem ac dolo aggredi nefario
Fraudem struere, comminisci sane
atrocem
Aliquem mendaciis onerare
Errorem alicui obicere, offundere
Alicuius menti fucum facere, cali-
ginem offundere
Aliquem fallacibus verbis lactare
Dolis aliquem circumvenire, circum-
ducere
Fraudem alicui creare
Fraudulenter agere

Multis simulationum involucris te-
gi et quibusdam quasi velis ob-
tendi
Assimulata virtute laudem captare
Probi hominis speciem prae se ferre
Specie quadam sese occultare et vi-
rum frugi assimilare
Vultum fingere et imaginem quan-
dam probitatis, sed quae cum
moribus non convenit
Aliud spe, aliud specie simulationis
ostentare

Ad speciem et usurpationem virtutis fictum esse
 Adumbrata virtute fallere
 Nihil in aliquo nisi fallax
 Imitationem simulationemque virtutis in fronte, intus scelus tegere
 Personatum ambulare
 Ex industria factum ad simulationem virtutis et probitatis
 Animo simulationem induere

Frontemque sermonemque ad fallendum instruere
 Fucata, adumbrata, adulterata, virtutis specie mentiri
 Aliud sentire, aliud loqui
 Aliud moliri, aliud specie et simulatione ostendere
 Clementiae specie multos devincire
 Qui mentiri solet, peierare consuevit

FIDES

Fedeltà, Fidelity, Fidélité, Treue, Fidelidad

Fidem tenere, retinere
 Bona fide agere
 Fidem suam liberare, solvere
 Fidem salvam praestare, integerime colere
 Promissis stare
 Fidem integre exsolvere, exonerare
 Publicam fidem frangere, prodere, violare, abrumpere
 Alicuius fides concidit, labefactatur, labat, fluitat, fluctuat, infirmatur, concutitur, angustior est
 Nota, explorata, optima, praestantissima, egregia, praecipua, eximia esse fide
 Ambigua, fluxa, levi esse fide
 Fidem ad ultimum conservare
 Ultima pro fide experiri

Foedere stare
 Foedus infirmare, negligere, violare, frangere, rumpere
 Contra foedus facere
 Fidem prodere
 Conventiones perturbare
 Pacta convellere, rescindere, irrita ac vana facere
 Pactis conventis non stare
 In pactione manere

A pactione recedere
 Aliquid integre et summa fide servare
 Laudanda est sua omnes probatissima fides
 Omnibus gratissima est suae fidei integritas
 Semper intellexi sitam in eo esse fidem
 Fidem colere, servare, conservare, praestare, adhibere in fide semper stare, manere, persistere, perseverare
 Optima et spectatissima fide semper exsistere
 Fide semper singulari esse
 Nota et explorata fide esse

Promissa facere, servare, praestare, observare, solvere, patrare, persolvere, exsolvere, complere
 Fidem suam liberare, probare, tueri, solvere, non fallere, non desererere
 Promissis stare
 Fidei satis facere
 Liberare se promissorum fide
 Pollicita efficere
 Liberare promissi fidem

FORTITUDO

Fortezza, Fortitude, Force, Stärke, Fortaleza

Vir praeter ceteros magnanimus
Omni animi magnitudine et constantia praestantissimus
Homo animi non ignavi, sed excellentis
Homo est excelsi, praestantis, invicti, generosi, alti animi
Vir supra humanum modum magnitudine animi praeditus
Ubi res praeclara versatur, ibi se semper impigerrimum exercuit
Est laborum tolerantissimus
In re acerba bono esse animo oportet
Multum iuvat animus in re mala bonus
Fulciendus est animus spe fortunae secundioris
Forti infractoque est animo
Quod sors fert citra culpam nostram, id aequo atque adeo magno animo ferendum est
Stabili, firmo et magno animo esse
Animo corporeque vigere
Omnia quae in hominem cadere possunt, subter se habere et despiciere
Ea quae homini accidere possunt omnia parva ducere

Casus contemnere humanos
Singulari esse animi magnitudine
Animo firmo ac constanti praeditum esse
Humanis casibus animi praestanti, virtute, fortitudine resistere
Susque deque res humanas facere, contemnere, negligere, despiciere, asperni
Fortunae conatibus obviam ire, occurrere, se obicere, opponere fortiter atque acriter
Sua se contra fortunam conscientia fortem facit, confirmat, auget viribus, validiorem reddit
Minimum aliquem res humanae commovent, afficiunt, perturbant
Sua alicui conscientia animos, virtutem, vires, fortitudinem, firmitatem addit
Ad omnia, quibus vita humana subiecta est, fortem esse
De humanis casibus minimum laborare
Nihil, quod homini accidere potest, intolerandum putare
Contra fortunam firmum, paratum, armatum, validum, firmissimis nimis praesidiis munitum esse

IMPRUDENTIA

Imprudenza, Imprudence, Imprudence, Unvorsichtigkeit, Imprudencia

Facile a ratione discedere, decedere, deduci

Multa temere, imprudenter, inconsulte, sine ratione, sine consilio agere

Alicui deest ratio ac consilium
 Consilium ac prudentiam dudum
 in aliquo desiderare
 Longe a prudentiae maturitate ab-
 esse
 Per imprudentiam aliquo incurrere
 ac offendere
 Iudicii inopia laborare
 Infirma est alicui a prudentia aetas
 Parum videre, dispicere ac intelli-
 gere
 Aliquem nimium inconsideratum,
 consilii, rationis expertem (ino-
 pem) cognoscere
 Impetu aut temeritate duci
 Temeritatibus se offerre

In consiliis praecipitem aut devium
 esse
 Per incogitantiam, aut incaute, aut
 sine consilio aliquid suscipere
 In praecipitio agi consilia
 Fortunae aliquid committere
 Sine recti pravique discrimine res
 quasvis aggredi
 Aura, non consilio ferri
 Impetu magis, quam consilio incur-
 rere
 Caecum et praecipitem in res ferri
 Caeca cupiditate ad aliquid rapi
 Temeritatis inconsideratissimae, de-
 mentissimae plenum esse
 Temeraria uti ratione

INCONSTANTIA

*Incostanza, Inconstancy, Inconstance, Unbeständigkeit,
 Inconstancia*

Mobili esse in omnem partem ani-
 mo et fluctuante
 Pluma (folio) facilius moveri
 Vaga et mutabili ratione, summa
 levitate et inconstantia huc illuc
 ferri
 Parum constanter in coepto perma-
 nere
 Inconstantiae nomine male audire,
 suspectum esse
 Fluxa fide, mobili esse ingenio
 Moribus esse variis
 Numquam sibi constare

A se ipso dissidere
 Novum quotidie ingenium induere
 Animum ex levibus fortunae mo-
 mentis suspensum gerere
 Parum constare
 Summa esse mobilitate
 In sententia labare
 Nulla (levi) de causa mentem suam
 voluntatemque mutare
 Leviolem esse foliis
 De suo statu demigrare
 A seipso discedere
 Ventis omnibus obnoxium esse

VIRTUTIS INDOLES

*Indole virtuosa, Virtuous character, Tempérament vertueux,
 Tugenhafte Natur, Indole virtuosa*

Est bonae atque inculpatae indolis
 Est egregia indole insignitus, cla-
 rus
 Spectatissima indole clarus
 Nulli non est sua indoles probata
 Ea indoles est sua, ut nemini non
 magna polliceatur

Praelucet in eo lumen quoddam bo-
 nae indolis
 Nihil adhuc vidi sua indole genero-
 sius, amabilius, felicius
 Nihil sua indole praestantius, cla-
 rius, insignius
 Suum genium ad res maximas do-

tibus omnibus instruxisse videtur
natura
Egregiae cuiusdam indolis specimen
dedit
Indoles erecta vividaque, animus ar-
dens, excelsus, et ad humanitatem
propensissimus, summa vigilan-
tia prudentiaque praeditus
Praeclara omnia nobis promittit
sua per quam felix indoles
In puero hoc mirifica indoles vir-
tutis apparet, et ingenii lumen
elucescit
Huius adolescentis prima aetas ma-
nifestum iter ad virtutes ostendit
In causa est sua indoles felicissi-
ma, ut magnae sit expectationis
Optima indole praeditum esse
Praecipuo quodam munere naturae
ad summa quaeque natum esse

Naturam eximiam atque illustrem
nactum esse
Naturam fautricem in tribuendis
animi virtutibus habere
Cerea esse indole
Ad aliquam sententiam, artem, di-
sciplinam docilem se praebere
Naturae bonitas in aliquo eximia
est
Vestigia in aliquo apparent excel-
lentis indolis
In aliquo igniculi quidam, praecla-
rae mentis indices apparent
Alicuius species ipsa nonnisi probi-
tatem olet vultuque toto clami-
tat
In aliquo produnt se non vulgaris
virtutis semina
Multa aliquis optimae spei argu-
menta praebet

INFIDELITAS

Infedeltà, Infidelity, Infidélité, Untreue, Infidelidad

In fide non manere
Fluxa alicui est fides
Improbum esse et perfidiosum
Est in aliquo perfidia plusquam
Punica
Omnia in aliquo insidiosa sunt et
fallacia
Nihil in aliquo veri, nihil sancti,
nullus deum metus, nullum iusiu-
randum, nulla religio

Fidem non praestare
Causam afferre de sua fide secus
existimandi
Alicuius fides in suspicionem addu-
citur, in dubium venit, vocatur
In suspicionem infidelitatis, parum
bonae, parum ratae fidei venire
Erit cur de fide alicuius non bene
homines existiment

MORUM INTEGRITAS

*Integrità di costumi, Moral integrity, Moeurs intègres,
Sittliche Unbescholtenheit, Buenas costumbres*

Esse moribus suavissimis (mellitissi-
simis)
Esse moribus plusquam niveis
Moribus esse undequaque integris
et incontaminatis
Bonis esse moribus innutritum
Esse candidis moribus formatum
Incredibili esse morum suavitate
clarum

Esse morum integritate conspicuum
Esse elegantium morum honesta-
mento undecumque refertissi-
mum
Mira suavitate morum nemini non
esse carum
Animum habere varia morum ho-
nestate compositum

Mores habere longe omnium candidissimos
 Singularem cultiorum morum praestantia efflorescere
 Cultissimis purissimisque moribus perlucide florere
 Elegantiorum splendore morum clarescere
 Cum summa integritate et elegantia morum vitam agere
 Singularem esse morum elegantiam
 Cultissimis esse moribus et omni humanitate perpolitum

Mitis ingenii hominem esse, moribus placidis, liberalibus, summa suavitate temperatis (conditis)
 Moribus esse gratissimis et humanissimis
 Moribus esse natura sanctis et religiosis
 Esse summa facilitate et comitate
 Mira esse facilitate et iucunditate naturae
 Moribus esse moderatis et ad capiendam praecepta mollioribus
 Nihil alicuius moribus labi adhaerere

INVIDIA

Invidia, Envy, Envie, Neid, Envidia

Alicui invidiam contrahere
 Invidiae concedere
 Aliquem invidia degravare
 Magnam subire, habere, sustinere invidiam
 Magna esse apud omnes in invidia
 Invidia opprimi
 Magnam sibi ex aliqua re colligere invidiam
 Invidiam in aliquem commovere, concitare
 In invidiam adducere, trahere, rapere
 Invidiam alicui concitare, commovere, facere, parare
 In invidiam vocare
 Invidiae mactare
 In invidiam venire

Invidiam contrahere, subire, augere, inflammare
 Invidiam alicui conflare
 Ex invidia laborare
 Invidia aliena premi, flagare, conflagrare, ardere; disrumpi, aestuare, invidia
 Invidia aliquem lacerare, onerare
 Totam invidiae molem in aliquem transmovere, derivare, traducere
 Invidiam omnem deonerare et in aliquam traicere
 Invidiam lenire, restinguere, extinguere, comprimere et levare
 Invidiae sanguinem mittere
 Invidia rumpi
 Invidiam modestia sedare, comprimere, restinguere, extinguere
 Invidiam levare, liberare

IRACUNDIA

Iracondia, Irascibility, Emportement, Jähzorn, Iracundia

Bile tumescere
 In aliquam succensere (excandescere, irasci, stomachari)
 Esse alicui infensum
 In iracundiam aliquis praeceps fertur
 Iram in aliquem convertere

Vehementem in aliquem iram colligere et contrahere
 Ingentes irarum motus in aliquem concipere
 Irarum stimuli aliquem ad aliquid impellunt
 Ira flagrare

Ad iracundiam adducere, impellere,
inducere, incitare
Iram provocare, exacuere, imbibe-
re, concire, evomere
Iram alicui movere
Ira animum capere
Iracundia graviter exardere, exan-
descere
Ingentes in pectore iras volvere
Ira repente effervescere
Iram in aliquem vertere, profun-
dere
Iracundiae in aliquem indulgere
Iracundiam exercere
Iracundiae servire, obsequi, parere
Iracundia effervescere, efferri, in-
flammari, ardere, furere
Iracundiae resistere
Iracundiam continere, omittere, di-
mittere, sedare
Summa esse naturae acerbitate
Ingenio praecipitem esse in iram
Praecipitis in iram animi esse

Iram in promptu gerere
Irae deditum esse
Irae potentem non esse
Iracundia efferri, inflammari, ar-
dere
Ingentes animo iras concipere
Bile turgere ac intumescere
Iram animo capere
Indignatione accendi
Repente exardere
Ira aliquem implere
Ira defervescit, remittit, decedit,
abscedit, mollitur, paulatim de-
flagrat, cadit
Iracundiam omittere, demittere
Iram reprimere, sedare, coërcere,
continere, expedire, missam fa-
cere, ex animo eicere
Iram leniter permulcere
Iras lenire
Iracundiae faces extinguere
Animi ardorem comprimere

LOQUACITAS

Loquacità, Loquaciousness, Loquacité, Gesprächigkeit, Locuacidad

Uomo linguax, loquax
Locutuleius, blatero
Levis, futulis importunusque locutor
Esse ipsa loquacitate loquaciorem
Humidis lapsantibusque verbis de-
fluere
Verbis sine ullo iudicii negotio sca-
tere
Numquam tacet quem morbus te-
net loquendi
Loquacem magis esse quam facun-
dum
Lusciniae nugis esse insignitum
Stulta et immodica deblaterare
Non esse ad dicendum idoneum sed
ad tacendum impotentem

In verba plus esse nimio provectum
Improbae esse loquacitatis
Nullo verborum pondere inniti
Quid in buccam venit, garrire, de-
blaterare, effundere
Totis diebus tinnire
Linguae immodicae esse et garru-
lum
Futili et importuna loquacitate om-
nibus obstrepere
Linguam gerere impense liberam
et expeditam
Rimarum plenum esse
Garrire, quo neque pes, neque ca-
put compareat

LUXURIA

Lussuria, Lust, Luxure, Wollust, Lujuria

Vitam intemperanter, dissolute, ne-
quiter, luxuriose traducere

Omnia ad libidinem et voluptatem
referre

Omnia in voluptate ponere
 Luxuria et lascivia diffluere, una libidine capi
 Libidini parere et indulgere, servire, inservire
 Cupiditate abripi
 In voluptatibus et coeno libidinum volutari
 Libidinum incendiis ita exaestuarere, ut non libido ab oculis, non facinus a manibus, non flagitium a toto corpore abesse videatur
 Pecorum ritu promiscue in concubitus ruere
 Fervore libidinis inflammari. Libidine concitari
 Stimulis libidinum compungi
 Fortunae indulgentia ad lasciviam abuti
 Luxuria solvi, marcere
 Molliter, luxuriose vivere
 Vitam mollem et confertam voluptatibus vivere
 Vitio ventris et corporis indulgere
 In castris Veneris veteris miles

Pudoris profanandi nulla alicui est verecundia
 Cupiditatem coërcere
 Gliscentem in animo cupiditatem restringere
 Impuros igniculos, antequam mentem depascant, ex animo amovere
 Totum se vitiorum illecebris et cupiditatum lenociniis tradere
 Libidinibus se suis constringendum praebere
 Voluptatibus duci seque vitiorum illecebris totum dedere
 Obstrictum voluptatibus suis teneri
 Voluptati frena, habenas laxare
 Voluptatibus affluere
 Voluptatem spectare unam
 Omnia voluptate metiri
 Voluptatibus totum se dedere, tradere, dare
 Alienato ad libidinem animo esse
 Suis se cupiditatibus mancipare
 Animo obsequi quoque fert libido
 Abdomini tantum operam dare

OBTRECTATIO

Maldicenza, Slander, Medisance, Lästersucht, Maledicencia

Alicuius famam detrimento efficere
 De alicuius fama detrahere
 Alicuius famae obesse, nocere, officere
 Aeternas alicui infamiae notas inurere
 Alicuius nomen sordibus inquinare
 Iis maculis nomen alicuius afficere, inspergere, quas nulla dies, nulla deinde res possit eluere, abstergere, delere
 Aliquem in perpetuum infamem reddere
 Aliquem perpetua notare infamia
 Aeternae aliquem infamiae tradere
 Infamiam non levem alicui conflare, inferre
 Premendo, obtrectando, crimina serendo non parum aliquem laedere
 Labem non unam alicuius nomini aspergere

Non parum aliquem ignominia notare
 De alicuius laudibus non parum delibare
 Laudibus alicuius non nullam obscuritatem afferre
 Sinistris rumoribus per urbem diffundi
 Per ora hominum foedum in modum traduci
 Fabulam vulgi fieri
 Infamiae maculis infici, aspergi, inquinari
 Malevolentissimis obtrectationibus cumulum facile de laudibus alicuius deruere

Alicuius laudem calumniis obterere
 Infamia aliquem aspergere
 Calumniis aliquem opprimere, appetere
 Calumnias in aliquem instruere

MALUM EXEMPLUM

*Cattivo esempio, Bad example, Mauvais exemple,
Schlechtes Beispiel, Mal ejemplo*

Pessimo exemplo alios corrumpere
Perniciem exemplo suo creare
Exemplum perniciosum prodere
Vitia sua in civitatem infundere
Exemplo aliis nocere
Periculosam exempli imitationem
aliis prodere
Aetati maxime lubricae atque incertae
nequitiae exempla praebere
Sua perversitate offensionem praebere
Aliquid malo exemplo facere aut dicere
Morum contagione alios evertere
Aliquid exempli pravitate offendere

Barbarae licentiae exemplum in mores
hominum transferre

Aliquem malis moribus depravare
Pravis corruptelarum illecebris aliquem
a continentia facile deducere

Exempli contagio iuvenilem animum
veluti pestilenti quodam sidere afflare

Sociorum exempla aliquem transversum agunt

Contagione quadam pestifere insanire

Sociorum pravitate auferri

IMPROBITAS

Malvagità, Wickedness, Méchanceté, Ruchlosigkeit, Maldad

Ingenio malo pravoque esse
Singulari esse cupiditate, audacia,
scelere, cui nihil divini, nihil humani
sanctum
Hominem esse post hominum memoriam
turpissimum
Unum esse post natos homines deterrimum
Hominem esse ex omnium scelerum
importunitate concretum
Nihil aliquo levius, nihil inquinatius
Labes saeculi et incommodum
Funesta fax reipublicae
Perdita nequitia, effuse petulantem
hominem esse
Omnia repagula iuris et honestatis,
pudoris et officii perfringere
In omnia se flagitia ingurgitare

Omnia divina et humana iura nefario
scelere polluere

Plurimis se sceleribus obstringere

Maxima in se scelera concipere

Scelerum omnium artifex et architectus

Fingi flagitium nullum potest quo se
aliquis non contaminaverit

Omnibus flagitiis inquinatum esse

Homo bipedum nequissimus

Omnium scelerum flagitiorumque documentum

Multa in Deum hominesque impie, nefarie committere

In aliquo nihil est, praeter maxima peccata maximamque pecuniam

Officina nequitiae

Diversorium omnium flagitiorum

Flagitiis tantum nobilitatum esse

ODIUM

Odio, Hate, Haine, Hass, Odio

Grave in aliquem odium capere,
suscipere, habere, profiteri, expromere
Gravi in aliquem odio esse, ferri
Gravi odio ab aliquo dissidere
Odio teneri
Odio atque acerbitati alicui esse
In odio apud aliquem esse
Alicui est cum aliquo odium grave
ac diuturnum
Aliquem inexpiabili odio detestari
et exsecrari
Odium in aliquem concipere, struere, excitare
Odium ac invidium alicui conflare
In invidiam ac odium adducere
Multarum premi odiis
Odio laborare

Odio flagrare publico
In odium multorum venire, pervenire
Odia subire multorum
Multorum odia in se convertere
In multorum odio offensionesque irruere et incurrere
Odia mitigare, sedare, placare, restringere
Odia vetustate iam exoleta depellere, propulsare
Odium concoquere, sorbere, depungere, explere ac saturare
Odium mittere et finire
Odium renovare, incendere, augere, inflammare
Omne odium inclusum nefariis sensibus in aliquem profundere
Odium alicui creare

PATIENTIA

Pazienza, Patience, Patience, Geduld, Paciencia

Patientia uti
Omnes perferre iniurias et acerbitates
Ultima omnia animo non solum aequo, sed magno fortique sustinere, ferre
Singularia saepe edere patientiae exempla
Hilari animo dura omnia devorare, concoquere
Alicuius in doloribus patientiam, in iniuriis tranquillitatem, in contumeliis moderationem demirari
Alicuius patientiam omnibus modis tentare
Patientiam in aliqua re exercere
Aliquid aequis animis tolerare
Patientiam in insolentia non abrumperere

Animo obfirmato, aliquid fortiter, fronte et vultu nihil variato perferre
Atroci calumnia non moveri
Aliquid silentio ferre
Molestiam aliquam tacitum vel silentem devorare, concoquere
Aequo (quieto) animo, modeste, leviter, fortiter, sapienter casus adversos ferre
Adversarum rerum patientem, tolerantem esse
Aliquid patienter, toleranter, facile, placide, moderate, tranquille, sedate, placate et moderate, patienti animo ferre
Aliquid non indigne, non repugnantem, non aegre, non moleste ferre
Alicuius animum patientia frangere, fatigare, vincere, exhaustare

PIGRITIA

Pigrizia, Laziness, Paresse, Faulheit, Perea

Otio se tradere
 Otio segnitie dimittere animos
 Otio ac tempus conterere, terere
 Otio diffluere, tabescere, languere,
 hebescere
 Otium complecti, sequi
 Otio luxuriare, lascivire, senescere

 Nihil aliquo pigrius, nihil remissius
 Bonum otium socordia atque desi-
 dia conterere
 Mollitia ac inertia diffluere

Eum esse, in cuius vultu pigritia
 desperatioque meliorum emineat,
 utque adeo anima ipsa esse oneri
 videatur
 Desidem otio animum dimittere
 Ignaviae se sedere
 Languori se totum dare, dedere
 Fugientem laboris, in otio consene-
 scere
 Otio ac ignavia marcescere
 Pigritia tabescere
 Operi ac negotio indormire

PROBITAS

*Probità di vita, Probity of life, Vie probe, Rechtschaffenheit,
 Integridad de vita*

Probitatem colere, amare, sequi
 Suum studium in probitate ponere
 Probatos mores colere
 Hominem esse antiqua virtute, fide,
 moribus
 Virum esse antiquorum hominum,
 minime versutum
 Hominem esse antiqui moris, qui
 nihil celat, nihil fingit
 Hominem esse prisci moris
 Hominem esse minime malum, mi-
 nime vafrum
 Hominem esse fraudis imperitum,
 a quo nemo fraudatum se quera-
 tur
 Virum esse qui nulla in re ab aequi
 et recti lagibus discedit
 Virum esse, qui a recta quidem
 conscientia ne transversum qui-
 dem unguem discedat
 Virum esse cui religiosum sit, quid-
 quam praeter fas et aequum
 agere
 Virum esse integerrimae mentis,
 iustum, integrum, aequi ac recti
 amantem
 Vitam vivere integerrimam

Vita alicui cum laude acta est
 Vitam degere cum virtute honestis-
 simam
 Alicuius vitae curriculum fama in-
 tegerrima decurrit
 Honestè se gerere

 Exemplo et spectaculo esse omni-
 bus
 Esse quam videri bonus malo
 Nullo peccati naevo dehonestatus
 Nulla internarum sordium labecula
 respersus
 Nihil unquam cupide, nihil quic-
 quam improbe, aut impotenter
 egit

 Adversum habet ab omni turpitudi-
 ne animum
 Genuina bonitate praeditus
 Vir ipsa probitate melior
 Multa probitate conspicuus
 Vir recti semper conscius
 Vitam agit perhonestam
 Integram et elegantem vitam degit
 Agit vitam summae cuiusdam digni-
 tatis simillimam

PRUDENTIA

Prudenza, Prudence, Prudence, Vorsicht, Prudencia

Ad perspicienda incommoda ac pericula insigni est prudentia
 Prudentia tamquam divinatione quadam uti
 In existimando sollertem admodum ac prudentem esse
 Consilio plus quam fortunae confidere
 Prudentia valere, pollere
 Prudentiam alicui esse
 Prudentia praeditum, instructum, ornatum, clarum, sollertem, subtilemque esse
 Consideratum, cautum ac providum esse

Iudicii laude praecellere
 Magno rerum gerendarum usu conspicuum esse
 Insigni facultate iudicii (intelligentiae) praeditum esse
 Ad aliquid prudentia uti, prudentiam adhibere
 Considerate, prudenter, suadente ratione, ratione duce, recte, consilio aliquid facere
 Prudentissimum, consideratum et sagacem esse
 Virum esse cordatum, egregie prudentem

SAPIENTIA

Sapienza, Wisdom, Sagesse, Weisheit, Sabiduría

Sapientia excellere, praestare, valere
 Homo ad coniecturam sapientissimus
 Sapienter et considerate facere
 Perquam sapienter se gerere
 Sapientem et cordatum esse
 Utitur foro
 Nuces relinquere
 Secum habitare
 Suo se pede metiri

Messe tenus propria vivere
 Est Ianus alter
 Singulari sapientia ornatum, instructum, clarum, conspicuum, praeditum esse
 Sapientiae laude praestare, abundare, excellere
 Munitum gerere pectus sapientia
 Ad summum sapientiae gradum pervenire

SIMPLICITAS

Sincerità, Sincerity, Sincérité, Aufrichtigkeit, Sinceridad

Simplicem, apertam veritatem amare
 Animo esse minime versuto
 Sinceri animi, simplicis ingenii, apertae voluntatis, rectae mentis esse
 Ab omni dolo ac fraude abesse
 Aliquem ab arte fallendi, simulationis artificio alienum agnoscere
 Nihil in aliquo insidiosum aut fallax apprehendere

Abest ab aliquo perversum simulandi studium
 Animus alicui apertus, simplex, rectus, candidus est
 Alicui animus nulla simulatione tectus, purus ab omni fraude est
 Ad veritatem loqui, dicere
 Resistere et repugnare contra veritatem non audere
 Ingenuae mentis, candidi ingenii,

sincerae indolis, haudquaquam
fucati animi esse
Integrae sinceraeque esse fidei
Hominem esse minime astutum,
insidiosum, fraudulentum, dolo-
sum

Hominem esse, cuius natura et con-
suetudo simulationem, artesque
omnes respuit quibus veritas ut
involucro quodam obtegitur
Vir sine fuco et fallaciis

SOLLERTIA

Solerzia, Diligence, Diligence, Fleiss, Diligencia

Sollertia pollere, praestare, excelle-
re, effulgere, praeditum, ornatum
esse
In gerendis negotiis studium adhi-
bere maximum
Omnibus nervis, viribusque, omni
ope ac opera, summa ope, omni
conatu, toto pectore, tota mente
in aliquid incumbere
Nullum in aliqua re studium, nul-
lum praetermittere officium
Sollerti cura, summa sedulitate, re-
ligiose admodum studioseque ali-
quid tractare
Alicuius res summo studio maximo-
que opere agere
Diligenter etiam atque etiam ali-
quid facere
Accuratissima diligentia, mira ac-
curatione quam diligentissime,
summa cura studioque, toto ani-
mo, impensa opera, contentione
maxima aliquid persequi
Alicuius in tractanda aliqua re in-
gens exstat studium ac industria
In tractanda negotia, quo maxime
potest, studio incumbere, eniti
Intensiore qua potest cura, rem ali-
quam agere

Omni cura, opera, sedulitate, con-
tentione, dimicatione, in aliqua re
elaborare
Alicuius res summa cura complecti
In aliquam causam tota industria
incumbere
Operae studiique plurimum in re ali-
qua ponere, consumere
Summa ope niti, animum intendere,
adiungere, ut alicui bene sit
Eniti, contendere, efficere, operam
omnem ac diligentiam adhibere,
ut res aliqua rite curetur
Vigilare dies noctesque et intentis
oculis dispicere, ut res aliqua sal-
va sit
Alicuius res (negotia, rationes) pro
virili parte tractare, administrare,
procurare
In alicuius negotia omni cogitatio-
ne, toto pectore curaque incum-
bere
Summa contentione alicuius rerum
rationem ducere
Curam de aliqua re gerere diligen-
tem
Alicuius rerum alicui semper anti-
quissima cura erit

SUPERBIA

Superbia, Pride, Superbe, Stolz, Soberbia

Esse sibi ipsissimum
Leonis exuvium induere
Pennas nido maiores extendere
Pavonis flabellum prae se ferre
Ante victoriam encomium canere
Cornu tollere

E sublimi omnes deridere
Magnifice se circumspicere
In arrogantiam offendere
Ad vanam fiduciam efferr
Animum super honoris fastigium ef-
ferre

Superbia intumescere
 Animum in superbiam et ambitionem flectere
 Animo efferri
 Nimia gloria luxuriari et evanescere
 Opinione inflari
 Animo esse inflato et tumentis
 Homo ventosus et insolens
 Inest alicui contemptor animus et superbia
 Insolentia esse incredibili
 Omnes despiciere, se unum suspicere
 Fortunam ipsam minus esse se fortunatam putare
 Persuasum habere suis he fortunis ipsam fortunam anteire
 Arrogantiam sibi sumere nimiam
 Animos efferre insolentes
 Fastu turgere et insolentia intolerabili
 Superbe se circumspicere
 Sese unum mirari
 Neminem prae se hominem putare

Superbia tumere, turgescere, intumescere, turgere, inflatum esse nimia
 Parem sibi neminem velle, se cunctis anteferre
 Nimium se efferre, sibi placere
 Plus sibi assumere, quam deceat, conveniat, aequum sit, ratio ferat, patiatur, concedat
 Omnia putare in se uno collocata
 Elati nimium animi esse
 Spiritus sumere nimis arrogantes
 Altius, quam oporteat, se extollere
 Nullum sui ostentandi finem facere
 Facta sua praedicando extollere
 Agere suarum rerum ambitiosum ostentatorem
 Insolenter de rebus suis gloriari
 Plenas ostentationis voces mittere
 Res suas inflatius commemorare
 Magnificis verbis de se suisque rebus loqui
 Gloriae ac existimationi suae falsa etiam laudis commemoratione servire

HUMILITAS

Umiltà, Humility, Humilité, Bescheidenheit, Humildad

Insigni animi modestia esse
 Animo esse modestissimo
 Animi modestiam ubique insignem praeferre
 Non elatum, non arrogantem, non contumacem esse
 Non multum sibi deferre, tribuere, arrogare
 Omni insolentia vacare
 Magna moderatione, modestia in omni officii parte uti
 Submisse, modeste de se existimare

Despicientia sui insignem esse
 Nihil aliquo homine modestius, nihil ab omni fastu et arrogantia alienius
 Nulli se antepone
 Summam in aliquo homine animi humilitatem, abiectiorem deprehendere
 Praeter modum se humilem praeferre et abiectum reddere
 Modestiae speciem prae se ferre pulcherrimam
 Fortunam utramque modeste ferre

VITIOSITAS

*Vita viziosa, Life of vice, Vie depravée,
Lasterhaftes Leben, Vida viciosa*

Turpissime, flagitiosissime se gerere

Res libidine gerere, non ratione

Pudorem omnem eicere, abicere, exuere, abstergere, dimittere

Pudorem vivendi licentia excussit

Quidlibet audendi nulla alicui iam verecundia

Nullum alicui est modestiae studium

Perditis, profligatis, turpissimis esse moribus

Scelere corruptum et omni impunitatis genere contaminatissimum esse

Omnibus esse vitiis et flagitiis coopertum

Vitiorum ac probrorum plenissimum esse

Dissolute ac turpiter agere

Indecore effeminateque aliquid facere

In flagitiis, in dedecore volutari

In flagitia se ingurgitare

In turpem verborum obscoenitatem delabi

Dedecus aliquod suscipere, concipere, in se admittere

Omni turpitudine se foedare

Nihil non turpitudinis subire

Omni turpitudine notari

Vitam omni vitiorum labe coinquinatam, a virtute abhorrentem, vitiis turpissime obrutam et cooperatam traducere

In vitium primum esse

Numquam a vitiis animum, mentem, cogitationem abducere

Studia vitiorum in alicuius animo haerent

Animum suum ad malas artes adiungere

In vitium delabi

Facile se vitiis admiscere

Non satis modeste vivere

Modestiam ignorare

Parum modestis esse moribus

De modestia nihil laborare

Longe a modestia abesse

V

CHRISTIANUS HABITUS

VITA CRISTIANA, CHRISTIAN LIFE, VIE CHRETIENNE,
CHRISTLICHES LEBEN, VIDA CRISTIANA

RELIGIO

Religione, Religion

Maxima conservandae religionis
constantia clarum esse
Religioni suum tenorem suamque
observationem reddere
Dei Numini pie et costanter famu-
lari
Nihil christianae pietati non post-
ponere
Oculos numquam habere ab exac-
tissimo religionis cultu remotos
Animum habere ad divina capes-
senda
Mentem ad sola divina pernoscen-
da inflectere
Nihil non divinum animo menteque
agitare
Solam caelestium rerum meditatio-
nem animo gerere
Caelesti contemplationi addictum
deditumque esse
Divinarum rerum contemplationi
incumbere, insistere
Homo sacrorum religionumque om-
nium hostis; abiudicati, eiurati
Numinis reus; omnis divini cul-
tus religionisque experts
Atroces in Deum voces iactare
Impia verba in Deum profundere,
iacere

Verborum impietate scelesta lingua,
quae in caelo terrisque sunt sanc-
tissima violare
Maledicta et nefarias exsecrationes
in Deum et caelites evomere
Qui nullam cristianae religionis
disciplinam acceperunt
Quos Deus vera sui cognitione non
afflavit
Oppressi superstitionum tenebris
verique cultus divini expertes
Deum pura, integra, incorrupta
mente venerari
In alicuius animo Numinis assidua
insidet cura
Maxima cum religione vitam tra-
ducere
Omnibus superstitionibus obno-
xium vivere
Agitat (invadit) animos multiplex
religio
Captum victumque esse superstitio-
ne animi
Ad superstitionem humanae mentis
vitio facile esse revolutum
Impurum esse hominem, religio-
numque omnium ac sacrorum
hostem
In aliquo nihil est sancti, nullus
deum metus, nullum iusiuran-
dum, nulla religio

Hominem esse, qui unus omnium
impurissime teterrimeque religio-
nem violet
Summa, insigni esse in Deum pie-
tate

Maxima cum religione vitam agere,
traducere
Se suaque omnia ad Deum referre
Magna, antiqua esse religione

DEUS

Dio, God, Dieu, Gott, Dios

Dei unius a voluntate potestateque
sunt omnia
Deus cuncta ex nihilo creavit, for-
mavit, finxit, condidit, architecta-
tus est
Deus est summus rerum omnium
arbiter ac moderator
Deo, ut auctori ac rectori rerum pa-
tet servitque universitas
In Dei potestate et arbitratu ver-
santur omnia, qui rebus omnibus
praeest, dominatur, imperat
Deus implorantibus, invocantibus
se praesto est, opem fert, opitu-
latur
Deus desperatione debilitatos con-
firmat, fulcit, sustinet
Est Deus tranquillitas in nostris ca-
lamitatibus, naufragium timentibus
portus est
Bonitas in Deo tanta est, quanta
potest esse maxima
Dei benignitas nullis finibus circum-
scribi, nullis spatiis includi potest
Dei imperium in res omnes immu-
tabile aeternitate continetur
Dei potentiae nihil non subiectum
est
Quae amplissimo caeli ambitu con-
tinentur, quae toto terrarum orbe
sunt imperia, Dei nutibus serviunt
ac voluntatibus famulantur
Deus eventura novit omnia ac ve-
luti praesentia contemplatur
Deus arcana mentis omnia inspicit
ac scrutatur
Rectissima Dei iudicia manes inferi
pertimescunt
Dei voluntas omnium legum lex est
et norma aequitatis
Augustissimum Dei nomen omni

sanctitate colere sempiternisque
laudibus efferre
Humanis rebus praesens interest
Deus
Nihil rerum humanarum sive Divi-
no numine agitur ac geritur
Opifex, generator aedificatorque
mundi Deus
Rerum, quae in tota natura const-
tant, omnium Deus opifex
Universi conditor ac parens Deus
Temporum ac rerum omnium arti-
fex Deus
Effector ac molitor mundi
Rerum omnium potentissimus ac
sapientissimus opifex, pulcherri-
mum hoc naturae regnum ex ni-
hilo condidit, effecit
Rerum hanc universitatem, qua om-
nia continentur, nullis ex elemen-
tis, nullis ex principiis molitus
est Deus
Quidquid videmus, de nihilo natum
est, Deo imperante
Res condita ab opifice et aedifica-
tore mundi, Deo
Summi conditoris, creatoris opus
Singulari Deus est bonitate, incre-
dibili iustitia, immensa clemen-
tia, infinita potestate
Deus est, qui cuncta creavit, condi-
dit, architectatus est, ex nihilo
excitavit, formavit, finxit
Deus, qui omnia regit, gubernat,
moderatur, temperat
Deus, qui rebus omnibus praest, dominatur, imperat
Deus, a quo uno (cuius unius a vo-
luntate, nutu, imperio) pendent
omnia
Deus, cuius potestas omnia complec-

titur (cuius in potestate omnia sunt)

Deus, quem omnia verentur (cui omnia parent)

IESUS CHRISTUS

Gesù Cristo, Jesus Christ, Jésus Christ, Jesus Christus, Jesucristo

Filius Dei, Verbum Patris, Speculum sine macula Maiestatis Dei, Mens divinae Mentis

Christus, hominum rector ac opifex, humanis se membris coepuit

Verbum et caro arcto ac indissolubili nexu in unam personam coierunt

Natura divina humanis se artibus vestivit, velavit

Corpoream indutus naturam, Dei Filius humana se specie amicivit

Christus nostrae reparationis auctor, humana carne circumdatus, in has luminis auras prodiit

Humani generis vindex et salutis nostrae assertor, hominum parens Deus humanis artibus e Virgine nasci voluit

Christus Iesus divinae severitatis tela, nostris iugulis intenta, in se unum avertit

Christi e cruce pendentis acerba supplicia, cruciatus, tormenta

Christi mors pro humano genere obita

Christi Servatoris perpessionem, cruciatus mortemque grata recordatione recolere

In Christi acerbissimis tormentis cogitationem defigere

Christi devicta morte reviviscentis triumphus (triumphalis in vitam reditus)

Redivivus a morte Servator noster Christus ab inferis existens

Christus debitas primi hominis cul-pae poenas suis cruciatibus exsolvit

Finem diuturnae servitutis sempiternamque salutem mortalibus Christus moriendo attulit

Afflictum ac perditum humanum genus sua morte recreavit et erexit

Pro communi salute suum caput in omnes cruciatus obtulit

Acerbissimos cruciatus mortemque Christus obiit, ut amissam primorum parentum nostraque culpa caelestem nobis patriam recuperaret

SPIRITUS SANCTUS

Spirito Santo, Holy Spirit, Esprit Saint, Heiliger Geist, Espíritu Santo

Immensus ac sempiternus Spiritus, cuius afflatu ac numine omnia continentur et conservantur

Spiritus, cuius, numine humanae mentes divinis sensibus afficiuntur

Interioris vitae auctor ac parens Sanctitatis fons et origo

Spiritus, qui animis nostris caelestis gratia rorem instillat

Caelestium munerum largitor Spiritus

Trinitas Augusta; Numen unum aeternum, Pater, Filius et Spiritus Sanctus

Dies festus Trinitati Augustae sacer Numen trinum et unum

Augustae Trinitati divinos honores tribuere, impertire

Numen unum aeternum, Patrem,

Filium et Spiritum Sanctum
 Eximia religione colere
 Numini uni aeterno omnipotenti

debitum habere honorem
 Miserorum precationi annuit Numen unum et trinum

SANCTISSIMA MARIA

*Maria santissima, Most Holy Mary, Sainte Vierge Marie,
 Maria, María santísima*

Mater Dei; Virgo Mater; Caelitum Regina; Mundi Domina; humani generis decus ac praesidium; auctoris sui Parens; Divinitatis templum augustissimum; mortalium immortaliumque Regina
 Divinae Matris conceptus purissimus et ab originis labe remotissimus
 Singularis purissimae Virginis conceptus et ab originis labe illibatus
 Expers communis culpa ab ortu nobis congenitae purissimae Virginis conceptio
 Virginis beatissimae ortus sine labe conceptae
 Illibatum virginitatis florem ad extremum usque spiritum Maria conservavit
 Sancta Dei Parens virginalem pudicitiae florem illibatum custodivit
 Summi Regis Mater virginalis integritatis laudem illibatam conservavit
 Augustissima Dei Parens in caelum commigravit
 Caeli Regina in caeleste domicilium evecta est
 Angelicam salutationem ad Dei Parentem Virginem pronuntiare, iterare
 Gabrielis Archangeli voce virgineam Matrem salutare
 Statas ad Dei Matrem preces ad precarios globulos persolvere
 Preces coronarias ad divinae Matris honorem persolvere

Corollam precariam pie sancteque texere
 Piaculares sacrae corollae globulos pie sancteque precandoolvere
 Preces coronariae; corolla precaria; globuli precarii vel piaculares
 Sodalitas Mariae honoribus instituta
 Coetus ad divinae Matris honorem collectus (conflatus)
 Sodalicium virgineae Matris nomine congregatum
 In numerum sodalium marialium adscribi, allegi, referri, cooptari
 Marianorum sodalium coetui, albo inscribi, inseri
 Praecipua in pietate ac religione Dei Matrem colere, venerari
 Singularem cultu Matrem Virginem prosequi
 Divinae Matris praecipua quadam religione teneri
 Ardentorem cultum erga Dei Parentem Virginem haurire
 Suavissimo quodam pietatis studio in Virginem Dei Matrem exardescere
 Praecipuam pietatis operam in colenda rite sancteque Virgine Dei Matre ponere, collocare
 Salutationes Marianas decurrere
 Corollae precatoriae globulos percurrere
 Precariam coronam (sertum precarium) recitare
 Piaculares sacrae corollae globulos rite pieque precando decurrere

FIDES

Fede, Faith, Foi, Glaube, Fe

- Dogma christianae religionis praecipuum
 Caput christianae doctrinae
 Religionis a Christo tradita dogmata et ab Apostolis ad nos transmissa
 Doctrina a Christo et apostolis ad nos derivata
 Christianae doctrinae capita, Apostolorum ore excepta et ad posteros transmissa
 Religionis a Christo tradita dogmata et ab Apostolis ad nos transmissa
 Religionis capita, verbo tradita Patrumque sermonibus consignata
 Scientia geminata fidei rationisque luce illustrata
 Disceptatrix ac iudex altissimarum de Deo divinisque rebus quaestionum disciplina
 Socrorum codicum interpret theologia, quae Patrum conciliorumque auctoritate controversas religionis nostrae quaestiones dirimit
 Doctrina, quae in evertendis novarum opinionum commentis operam christianae rei locat
 Doctrina, quae religionis arcana in controversias adducta ratione et auctoritate firmat ac tuetur
 Divinarum rerum cognitio e caelesti luce hausta
 Interior doctrina Deo magistro tradita
 Divinitus immissa mentibus hominum de Deo supernisque rebus scientia
 Simulacrorum cultu abiecto, unius Christi cultui se consecrare
 Dei notitiam cultumque traduci
 Ad christiani coetus communionem aggregari
 Ad Christi cultum animum adicere
 Reiectis superstitionibus, luce divinitus immissa, ad christianam religionem se applicare
 Christo fidem cultumque renuntiare
 Religionem omnem fidemque eiurare
 A Deo et fide discedere, deficere
 Religioni Deoque nuntium remittere
 Sacrorum religionumque omnium vincula abrumpere
 Deo fidem, venerationem cultumque renuntiare
 Christi sacra deserere
 A fide Christo data impia defectio-
 ne desciscere
 Ad pravas in fide opiniones desciscere, deflectere
 Novarum opinionum fluctibus involvi, abripi
 A veteri avitaque maiorum religione ad sectam novitiam transfugere ac devolitare
 Novitiae sectae erroribus implicari
 Pravarum opinionum commentis in errorem induci
 Pestiferum novarum opinionum virus haurire
 Impios religionum errores execrari et cum ecclesia in gratiam redire
 Eiuratis haeresis erroribus, piorum communioni se reddere
 Ab errorum caligine ad sinceræ fidei lucem pervenire
 A fidei norma, a decretis, ab religione christiana desciscere
 Fidem rectam deserere
 A recta fide deficere
 Pestifera pravarum opinionum labe contaminari
 Haeresium pestilentia inquinari
 Depravatae religionis erroribus imbui
 Penitus (omnino) ab institutis christianis abhorrere
 Haereseos veneno pollui
 Ab recto fidei dogmate alienum esse
 Ab Ecclesiae capite divelli, disiungi, separari

BAPTISMUS

Battesimo, Baptism, Baptême, Taufe, Bautismo

Aliquem sacrosanto christianorum
ritu abluere
Aqua vitali aliquem (infantem)
aspergere
Primis christianorum sacris initiare
Baptismatis fonte auctorari
Christianorum coetui per sacrum
baptisma inseri
Sacro baptismatis rore tingi, ablui
Sacro fonte lustrari, expiari
Ad sacrum fontem pro aliquo spon-
sorem fieri
Pro pueris salutari aqua aspergen-
dis sponsonem facere
Sacri lavacri candidatus; primae
christianorum disciplinae auditor,
discipulus, alumnus; qui rudi-
mentis doctrinae sacrae imbuitur,
quae salutari lavacro praemitti
solet
Christiana sacra suscipere
Christianam doctrinam amplecti
Christianae militiae ascribi
Christi nomen profiteri
In catholicorum communionem ve-
nire
Christo sacri fontis aspersione auc-
torari

Sacro fonte aliquem excipere, acci-
pere
Aliquem aquis baptismi intingere,
irrorare, irrigare, lustrare
Aliquem sacris expiare lacticibus
Salutaribus aquis aliquem imbuiere
Aliquem sacro profundere lavacro
Sacro aliquem latice tingere
Salutari aliquem baptismate conse-
crare
Aliquem aqua piaculari (salutis)
abluere
Fonti sacro aliquem admove-
re
Sacro baptismo aliquem inaugurare
Sacro baptismatis flumine aliquem
regenerare
Aliquem aquis lustralibus initiare
Genitali fonte aliquem purgare
Ad baptismum et Christi fidem ac-
cedere
Per sacram lustrationem se christia-
nis adiungere
Se aquis lustralibus initiandum
dare
Sanctoribus baptismi aquis caput
mergere
Baptismi sacramentum percipere

CONFIRMATIO

Cresima, Confirmation, Confirmation, Firmung, Confirmación

Sacro chrismate (consecrato oleo)
christianorum animos ad interio-
ra certamina praeparare, corro-
borare
Puerum sacro oleo delibutum ad
christianae palaestrae certamina
initiare
Chrismatis sacramento aliquem con-
firmare
Sacro chrismate christianae militiae
aliquem auctorare
Alicui unctionem illam sacram mi-

nistrare, qua animi vires ad arca-
na certamina muniuntur
Christiano ritu ad sacra certamina
aliquem perungere
Aliquem confirmare
Confirmationis sacramentum alicui
ministrare, impertiri
Sacrosanto chrismate aliquem con-
firmare
Chrismate aliquem inungere
Aliquem sacro confirmationis oleo
imbuiere
Alicui confirmationem conferre

EUCARISTIA

Eucaristia, Eucharist, Eucharistie, Eucharistie, Eucaristia

Sacrum Christi corpus, Caeleste convivium, epulum divinum, augustissimum

Christi corporis mysterium

Caeleste convivium populo praebere

Divina dape aliquem pascere

Ad mensae divinae communionem admittere

Sacrosancto Christi corpore aliquem reficere

Divino epulo vesci, pasci, recreari

Caelesti pane sese pascere et communire

Caelestis epuli sacrae mensae convivam esse

Divinum epulum frequenti populo dividere

Sacrum convivium frequenti populo dare

Conventus populi ad participandum Christi corpus

Divinum convivium celebrare, inire
A caelesti Convivatore caelestibus et immortalibus epulis ad aram accipi

Caelesti excipi convivio

Sacrosancta mysteria percipere

Corporis Dominici aliquem participem facere

Corpus Christi (Eucharistiam) alicui impertire, impertiri, praebere

Caelestes epulas alicui porrigere, ministrare

Christi Corporis mysteria usurpare

Caelestem panem gustare ac frequentare

Sacram synaxim sumere, suscipere

Ad sacram synaxim (ad caelestes epulas) accedere

Sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumere

Caelesti dape expiari, refoveri, refo-cillari

SANCTA MISSA

Santa Messa, Holy Mass, Sainte Messe, Heilige Messe, Santa Misa

Divinum sacrificium, res divina, res sacra, sacrum

Enuntiatis Christi verbis sanctissimis panem ac vinum in eius corpus ac sanguinem convertere

Arcanis ac traditis a Christo verbis eundem in panis ac vini speciem transformare

Caelestem Deo hostiam immolare

Res divinas rite perpetrare

Sacra rite curare

Caelesti victima litare

Sacrificium, sacrum, rem divinam facere, conficere, peragere

Sacris operari, sacrificare

Apparatissima pompa rem divinam facere

Augustiori ritu (pompa, caeremo-

nia) sacris operari (divinam hostiam offerre)

Maximis caerimoniis inter musicos

concentus rem divinam conficere

Sacerdoti sacris operanti (rem sacram peragenti, sacrificanti) ministrare, inservire

Divino sacrificio (sacris, divinis) interesse, assistere, adesse

Rem divinam obire

Se sacrificantis ornatu induere

Ad divinam rem se comparare

Sacrum piaculare (funebre) facere

Rem divinam in subsidium piorum manium facere

Caelestem hostiam in subsidium vita functorum offerre

Divinam immolare victimam

Rem divinam (Res divinas) procurare	Sacris cum symphonia operari
Sollemni more sacrificare	Sacrum cantare
Sollemniter sacris operari	Sacro ministrare
Inferias facere	Divino sacrificio ministerium exhibere
Sacerdotii primitias Deo libare	A sacris in altari faciendis aliquem amovere
Primam Divinae Maiestati hostiam immolare	Sacrorum exercitium alicui interdicerere
Sacrum audire	Aliquem, abrogato interdicto, ad sacra revocare
Sacro operam dare	
Rem divinam canere	

SACRAMENTUM PAENITENTIAE

Penitenza, Penance, Pénitence, Busse, Penitencia

De admissis a se criminibus serio dolere	mos divina quadam potestatem relaxare
Flagitiorum suorum recordatione dolore affici gravissimo	Totius anteactae vitae noxas sacerdoti exponere
Ex scelerum suorum memoria dolorem haurire acerbissimum	Superioris vitae flagitia omnia expiare
Impii consilii semet acriter dolenterque incusare (confessio)	Collectas longa aetate animi sordes paenitentiae lacrimis apud sacerdoti eluere
Animum peccatorum sordibus eluere, perpurigare	Poenas in sacro tribunali sibi irrogatas dependere
Conscientiae suae labes (vulnera) sacerdoti patefacere	Preces, poenas (multae, piaculi) nomine (loco, causa), a conscientia iudice indictas persolvere
Sacra confessione onera conscientiae deonerare	Coscientiae iudex, moderator; sacrae paenitentiae administer, qui solet operam dare peccata sua confitentibus
Coscientiae suae maculas paenitentiae lavacro eluere	Admissorum dolore excruciiari
Sacerdoti se christiano ritu aperire	Cum recordatione scelerum dolor quoque animum subit
Susceptas in vita maculas confessione abluere, expurgare	Lacrimas paenitentis animi indices profundere
Crimina sua apud sacerdotem exponere	Dolorem ex peccatorum memoria conceptum gemitu patefacere
Confitentibus de se reis pro sacro tribunali aures dare, praeberere, commodare, admovere	Ex recordatione criminum dolor animi ingens nascitur
Iudicem sedere in confitentes de se reos	Criminum vinculis aliquem exsolvere
De peccatis ad sacrum animi iudicium allatis cognoscere	Admissa superioris vitae crimina pro tribunali sacro donare
Confitentes reos suorum vinculis criminum exsolvere, relaxare	Sui peccati aliquem subit paenitudo
Animorum sordes eluere, expiare	
A sacris esse confessionibus	
Constrictos peccatorum vinculis ani-	

In paenitentiam verti
 Suae noxae paenitudine duci
 Confitentes reos noxis (culpa) expiare
 Noxae expiationem accipere, recipere, subire
 Culpam poena luere, eluere
 Delicti expiationem a se exigere, expiationem exolvere, obire
 Suscepta poena noxam expiare
 Confitenti de se reo paenitentiam indicere, dicere, edicere, imponere, statuere, irrogare
 Peccatorum poenas (commissa) luere
 Sacerdoti sua peccata exponere, explicare, aperire, retegere, patefacere, enuntiare
 Per paenitentiae sacramentum animam ad suum nitorem restituere
 Paenitentiae sacramento animi noxas expiare
 Confessionis sacramento animum expurgare
 Sacrum confessionis mysterium obire

Animi sordes confessione abstergere, eluere, abolere
 Peccatorum maculas sacramento confessionis expiare
 Salutari peccatorum confessione perpurgari
 Vitae noxas confessione delere
 Confessione rite facienda onus conscientiae deponere
 Paenitentium confessiones excipere
 Pro sacro tribunali sontibus sui ipsorum accusatoribus noxas condonare
 Cognoscendi et remittendi peccata ius exercere
 Conscientiae onus ponentibus aures praeberere
 Aliquem confitentem audire
 Aliorum confessiones auscultare
 Aliquo uti suae confessionis administro
 Suae conscientiae aliquem iudicem habere
 Sua peccata alicui confessione aperire

PECCATUM

Peccato, Sin, Péché, Sünde, Pecado

Nativa animorum labes; insitum naturae crimen, peccati inhaerentis contagio; hereditarium hominis malum; primi hominis crimen in posteros omnes letali contagione transfusum
 Letali se noxa (capitali se crimine) obstringere
 Mortiferum facinus in se admittere
 Grave piaculum contrahere, committere
 Noxam letiferam incurrere
 Nefas contrahere
 Minora piacula, leviores noxas non effugere
 Noxarum minimarum sordes contrahere
 Quotidianae vitae maculis se coinquinare, contaminare
 Levioris culpae labe se polluere

Levi offensione non semel ac iterum ab officio discedere
 In culpam incidere
 Culpae aliquid suscipere
 Caculam aliquam concipere
 Peccatum crimen, culpam, scelus, flagitium, maleficio, facinus patrare, perpetrare, edere, suscipere, perficere
 In culpam incurrere
 Se aliquo peccato contaminare, inquinare, inficere, polluere, obstringere, adstringere, maculare, onerare, alligare, obligare
 In culpam delabi, prolabi
 Peccatum contrahere
 In vita delinquere
 Scelus scelere cumulare, augere
 Noxam capitalem (letalem, letiferam, martiferam, graviolem) committere

CONVERSIO

Conversione, Conversion, Conversion, Bekehrung, Conversión

- Reiectis vanarum superstitionum tenebris, luce divinitus immissa, ad christianam religionem se applicare
 Simulacrorum cultu abiecto, unius Christi cultui se consecrare
 Christianis se sacris addicere
 Ad Christi cultum animum adicere
 Christo (ad fidem) adiungi
 Ad sanam religionem ac fidem traduci
 A daemonum stipendiis ad Christi signa, ad Christi castra traduci
 A superstitionis ritibus, ab erroribus ritibusque sacrilegis, a daemonum servitute ad unius veri Dei notionem cultumque traduci
 A daemonum servitute in christianam libertatem vindicari, asseri
 Ad Christum adduci, adiungi
 Ad Christiani coetus communionem aggregari
 E summa caligine ac tenebris in lucem catholicae veritatis traduci, restitui
 Catholicae religioni reddi
 Ad Ecclesiam catholicam reduci
 Posita contumacia, suavissimo Ecclesiae iugo cervices suas subicere
 Ad Catholicae Ecclesiae sinum (ad Ecclesiae auctoritatem) redire
 Religionem catholicam respicere
 Ecclesiae reconciliari
 Haeresim abicere, eiurare
 Orthodoxam doctrinam haurire
 Ecclesiae se reddere
 Eiurata haeresi, se cum Ecclesia Catholica coniungi
 Se a pravis de religione opinionibus eicere
 E seditiosis sectis se efferre
 Ad Romanae Ecclesiae imperium se revocare
 Romanae Ecclesiae manus dare
 Ab errorum caligine ad sinceræ fidei lucem pervenire
 Suavissimo Ecclesiae iugo cervices subdere, submittere
 Cum Ecclesia Romana in gratiam redire
 In gratiam cum Romana Ecclesia aliquem reducere, restituere
 Ecclesiae Romanae aliquem reconciliare
 Hominem pravis opinionibus additum catholicae religioni restituere
 Haeresium erroribus abductum ad catholicam religionem revocare
 Ex haeresium tenebris ad veritatis lucem evocare
 Ad catholica castra, signa aliquem traducere
 Cum Romana Ecclesia in gratiam constituere
 Aliquem ad Christi fidem convertere, adducere, traducere
 Veram Christi fidem amplecti
 Ab errorum caligine ad verae sinceræque fidei lumen venire
 Christi sacra (Christianam religionem) suscipere
 Christi sacris initiari, inaugurari
 Christiana sacra suscipere, capessere
 Christi fide imbui
 Christo auctorari
 Legem Christianam amplecti
 Cum fide mentis vitam suscipere

EMENDATIO

Emendazione, Amendment, Amendement, Besserung, Enmienda

- In viam redire
 Ad frugem animum applicare
 In rectam redire semitam
 Ad frugem se recipere bonam
 De pravitate deduci
 A scelere, cupiditate, semetipsum revocare
 E caeno vitiorum emergere

Cupiditatibus suis salutem dicere supremam	tionem ad curandam tuendamque salutem traducere
Ad mores vitamque continentem se dare	Animum ad melioris vitae consilia appellere
A pristinae vitae licentia sese ipsum coercere, sibi que frena inicere	Animum a vitae pravitate abducere
Animum ad meliora consilia applicare, appellere	Ad sanam mentem redire
A malitia absistere	Suos mores ad recti honestique leges conformare
Animum a vitae pravitate ad meliora convertere	Se a pravis moribus ad virtutis studium convertere
Vitia ponere	Virtute culpam corrigere
Meliorem inire vitae rationem	Ad sanitatem flecti
E corrupta adulescentia in bonam frugem emergere	A vitiis, a pravitate vitae, a sceleribus aliquem avertere
Ad mentis sanitatem redire	Ad bonam frugem adducere, reducere
Vitiosas animi partes sanare	Ad melioris vitae rationem a pravis moribus traducere
Vitiosam consuetudinem et corruptam pura et incorrupta emendare	De vitae pravitate aliquem deducere
Ad frugem redire	Errantem ad bonam frugem, bonam mentem reducere, revocare
Animum a pravitate ad Dei cultum convertere	Errantem in viam reducere
A sceleribus abstinere, respiscere	E peccatorum, scelerum gurgite aliquem extrahere
Ex corruptis abstinere moribus, ad emendatiorem vitam redire, sese traducere	Praeteritam culpam redimere
E vitiis emergere et ad curam semperternae salutis se revocare	Aliquem ab rerum omnium licentia ad honestam vitae rationem traducere
Ad officium nominis christiani redire	Hominem ad Dei cultum a vitae pravitate convertere
Animum suum ab omni alia cogitatione	Aliquem a turpi vita ad emendationem avocare, abducere

EXAMEN CONSCIENTIAE

Esame di coscienza, Examination of conscience, Examen de conscience, Gewissenserforschung, Examen de conciencia

Conscientiam excutere	Conscientiae latebras quotidie explorare
In semetipsum diligenter inquirere	Diurna facta ad Christianae legis pietatisque rationem exquirere
Mente omni alia cogitatione soluta delicta sua recognoscere	Quotidiana perscrutatione, inquisitione intimos animorum recessus inspicere
Errata sua non sine acri doloris morsu recolere	Totum diem secum scrutari et excutere
Cogitationes, sermones et actiones suas discutere	Facta dictaque omnia noctu rememtori
Sua dicta factaque diligentissime recognoscere	
Seipsum excutere	

De moribus suis cognoscere
 Se excutere, et accusatoris primum
 partibus fungi, deinceps iudicis
 In semetipsum descendere suaeque
 vitae rationem a se repetere
 Dicta, facta, cogitata coram Deo
 quam diligentissime reputare
 Seipsum ad calculos vocare
 Quotidianarum actionum cognitio-
 nem exercere
 Suae vitae rationem ab se repetere,
 repscere
 In dicta, facta, cogitata inquirere
 Pectus discutere

Conscientiam excutere, explorare
 Conscientiae latebras scrutari
 Quotidiano examine suae conscien-
 tia iudicium instituere
 Seipsum ad conscientiae tribunal
 citare
 Quaecumque acta sunt per diem, ea
 secum recolere, retractare, reco-
 gitare, commemorare, reputare,
 cum animo suo repetere
 Suam super diei actis conscientiam
 audire
 De moribus suis cognoscere

INFIRMORUM UNCTIO

*Unzione degli infermi, Anointing of the sick, Onction des malades,
 Krankenölung, Uncion de los enfermos*

Graviter aliquem aegrotantem un-
 ctione infirmorum illinere (linere)
 Brevi moriturum aliquem opobalsa-
 mo inungere
 Animam agentem ad extrema un-
 gere
 Infirmorum unctione rite procura-
 tus diem supremum confecit
 Sacri olei praesidio ad vitae exitum
 comparari
 Infirmorum unctione rite confir-
 matus composite sancteque ex
 hominibus abiit
 Sacris mysteriis rite expiatus ex
 vitae huius tenebris ad sempiter-
 nam lucem excessit
 Sacrae Eucharistiae viatico pie re-
 ligioseque munitus ad beatam im-
 mortalitatem demigravit

Supremae vitae tempore, quo de sa-
 lute anima disceptat, aliquem
 confirmare
 In extremo certamine (in supremis)
 aliquem firmare (alicui succur-
 rere)
 Animam agentis praesto esse
 Morientem illa hora adiuvere, quae
 de omnibus aliis sententiam fert
 Alicui ad ultimum usque anhelitum
 assidere
 Piacularium sacrorum ope praesi-
 dioque instructum decedere
 Extremis expiatum sacramentis (ex-
 trema sacramentorum expiatione
 defunctum) placidissime obire
 Aegrotum sacrae Eucharistiae viati-
 co munire, procurare, prosequi

EXEQUIAE

Funerali, Funerals, Funérailles, Beerdigung, Funerales

Vita functo funeris exequias cele-
 brare
 Alicui parentare, iusta funebria sol-
 vere
 Alicuius exequias cohonestare, du-
 cere, prosequi

Ut quis honestissimo funere effera-
 tur curare
 Alicui iusta facta (persoluta) sunt
 pompa maxima
 Ut alicui supremo die parentetur
 amplissime operam dare

Copiosum, divitem, locupletem, bene nammatum esse
Multarum possessionum praesidio muniri
Minime inopem esse

A re familiari instructum, paratum
 Divitiis, copiis, fortunis abundare,
 affluere
 Omnium rerum ubertate florere
 Opes aucupari; opibus inhiare
 Facultates augere, amplificare
 Opes cumulare, acumulare, coacer-
 vare, corradere, conficere, expe-
 tere
 Rem familiarem magnis accessioni-
 bus augere
 Multa sibi bona industria parere
 Divitiis auctum ornatum esse am-
 plissimis
 Opibus ac fortunis vigere, pollere,
 praestare, excellere, valere, prae-
 pollere

Re ampla admodum ac prolixa uti
 Rem copiosam, uberrimam, bene
 magnam habere, tenere, posside-
 re, nancisci, adipisci
 Opes fundatas atque optime consti-
 tutas habere
 Divitiis circumfluere
 Omnibus ornamentis redundare
 Alicui abunde copiarum est
 Magna rerum copia, affluentia gau-
 dere
 Omnium rerum affluentibus copiis
 ditari
 Alicuius fortunae sac bonis imminere
 Alicuius bona publicare
 Bonis aliquem exuere, spoliare,
 evertere

FURTUM

Furto, Theft, Vol, Diebstahl, Robo

Furtum (praedam) facere, commit-
 tere
 Furto, furtis se adstringere (se al-
 ligare)
 Aliena furari, rapere, compilare
 In bona alicuius invadere
 Pecuniam: avertere
 Pecuniam fraude substrahere
 Omnium domos furacissime scru-
 tari
 Non plus aurum alicui, quam mo-
 nedulae committere
 Quidlibet, nunc hoc, nunc illud sub-
 ducere
 Aliquid alicui (ab aliquo) furari,

suffurari, subripere, clam confer-
 re furto subducere (sublegere,
 eripere)
 Aliquem quopiam emungere
 Alicui rem de manibus excutere ac
 rapere
 Alicuius bonis manus adhibere, af-
 ferre
 Viscatis manibus quidquid obvium
 fuerit, legere
 Manus aulario afferre
 A rebus alicuius manum haud ab-
 stinere
 Rapinis, furtis vivere

INOPIA

Povertà, Deceit, Pauvreté, Armut, Pobreza

Inopia (egestate) laborare
 Omnibus divitiis nudari
 Omnium rerum egenum esse
 Magna egestate sordescere
 Aerumnis et pauperie deformari
 Ad miserandam fortunam abactum
 esse
 Omnibus opibus destitutum esse

Animam debere
 Nulla aut humili fortuna esse
 Pauperie premi
 Omnium rerum egere
 In summam egestatem proci (prae-
 cipitari)
 Tenuis (tenuioris) sortis (condicio-
 nis)

Esse humanis opibus (fortunis)
spoliatum (vacuum)
Vitam duriter (misere) transigere
(degere)
Abiectissimae fortunae esse
Et clipeo simul et galea nudatur et
hasta
Ad inopiam velis remisqua prope-
rare
Suis facultatibus lapsum esse
A pristina fortuna defluxisse
Aliena quadra miserrime vivere
Summa egestate esse
Tenuissimis ac fere nullis opibus
esse
Nihil habere praeter miseram ani-
mam
Summa inopia conflictari, premi,
laborare, confici

In maximis rei domesticae difficul-
tatibus versari
In summis rei familiaris angustiis
versari
Ab omnibus rebus inopem esse
A fortunae bonis imparatum esse
Alicui victum necessaria desunt,
non suppetunt
Copiis familiaribus esse exiguis
Alci ad rastros res redeunt
Aliquem paupertas mordet
Rerum omnium inopia accipi
Inopiam mederi, tutari
Inopiam aequo animo ferre ac to-
lerare
Mendicitatem perpeti
E mendicitate emergere

LIBERALITAS

Munificenza, Munificence, Munificence, Freigebigkeit, Liberalidad

Liberalitatem exercere
Magna alicui munera mittere
Amplissimis aliquem donis deco-
rare
Opipare aliquem munerari
Magnis muneribus aliquem sibi
obligare
Aliquem ex egente locupletem ef-
ficere
Ampla munera dono alicui dare
Munera alicui amplissima condo-
nare
Aliquid alicui muneri mittere
Donaria non exigua dare
Congiario aliquem impertire, prose-
qui
Magnas largitiones facere
Magna esse, uti in aliquem libera-
litate
Magnis aliquem muneribus sibi de-
vincire
In dando admodum esse munifi-
cum
Totum se in alios effundere, pro-
fundere
Benigne facere omnibus

Nemo ab aliquo liberalissime non
tractatur
Alicuius liberalitatis fructus uber-
rimi ad aliquem pertinent, per-
veniunt
Liberalitate uti in aliquem effusis-
sima
Intactum esse ab avaritiae sordibus
Nemo est, qui alicuius beneficiis
non ornetur
Liberalitate sibi omnes devincire
Insigniter liberalis
Liberalitatis laude clarus
Insigni liberalitate conspicuus
Ubertim et magnifice largitur
Nihil eo uno munificentius
Summa munificentia eius nemini
non est grata
Insignis est sua munificentia, non
fama tantum, verum etiam titu-
lo et numeris
Largo suae munificentiae imbre
aspergit omnes
Tanta est liberalitas, ut non amicis
magis, quam inimicis grata sit
Iuvandis mortalium rebus natum
esse

BENEFICENTIA

Beneficenza, Charitable work, Bienfaisance, Wohltätigkeit, Beneficencia

Merita alicui dare

Benigne alicui facere

Beneficiis et officiis aliquem colere, afficere, prosequi

Studio atque industria aliquem complecti

Eximia esse in aliquem benignitate

Aliquem omnibus officiis augere

Magna in aliquem beneficia conferre

Plurimos beneficiis ornare, devincire, complecti, alligare, obligare, obstringere

Apud aliquem amplissima benefacta collocare, ponere

Omnia ab aliquo proficisci in aliquem beneficia

Nullum officii aut studii genus, quae ad alterius utilitatem spectent- omittere, praetermittere

Natura ad beneficentiam propensum esse, nihil ut supra

De aliquo benemereri

De aliquo bene promereri

Studiosissime de aliquo benemereri

Aliquem sibi beneficiis emere

Gratiam alicuius beneficio emere

Beneficio aliquem sibi adiungere

Alicuius voluntatem beneficiis sibi conciliare

Beneficio aliquem facere suum

Officio et beneficio aliquem comprehendere

Aliquid suo merito petere

Aliquid in singularis beneficii loco ab aliquo deposcere

Merita non parva ab aliquo assequi, consequi

Beneficium ab aliquo praeclarum accipere

Plurima alicui debere officia et beneficia

AUXILIUM

Aiuto, Help, Assistance, Hilfe, Ayuda

Alicuius capiti consulere
Alicuius salutem pro virili parte
tueri
Alicuius salutis primam semper rationem ducere, habere
Alicuius saluti studiose servire, nusquam deesse
Alicui praesto esse; auxilium, opem ferre
Alicui auxilio, subsidio esse, adesse
Miseriis oppressos levare
Alicuius aerumnis occurrere, subvenire
In aliquo veluti arcem suarum rerum habere
Labentem ac prope cadentem fulcire
Aliquo pro perfugio uti
Ad alicuius pericula propulsanda concurrere
Alicuius ruinas sua virtute sustinere
Egregiam alicui operam navare
Alicuius auxilii umbra tegi
Sua ope aliquem defendere
Subsidio alicui ire, proficisci
Subsidium parare, comparare
Suppetias alicui ferre, afferre, advenire, subvenire
Adiutorem se alicui profiteri
Ad subsidium alicui venire
Auxilium ab aliquo petere, efflagitare
Alicui laboranti praesidium afferre
Sartum tectum ab omnique detrimento sincerum integrumque conservare
Alicuius salutem suo praesidio ac custodia tutari

Suo patrocinio aliquem sustentare
Alicuius causam accuratissime tutari
Ab alicuius cervicibus tela depellere
Sub alicuius umbra tuto delitescere
Sub alicuius tutela acquiescere
Innocentiam alicuius protegere, fulcire
Ab aliquo semper stare
Ab iniuria aliquem vindicare
Pro alicuius salute vel in capitis discrimen se offerre vel corporis oppositu intenta iugulo tela prohibere
In alicuius castris praediisque versari
Alicuius periculi defensorem et propugnatorem esse
Alicui veluti sacram esse anchoram
In fidem ac clientelam alicuius se conferre, se recipere
Alicuius columnen, receptaculum, adminiculum certissimum haberi
Ad auctoritatis alicuius aram confugere
Alicuius partes sua opera iuvare
Rerum alienarum satagere
Suo nomine opera alicuius fulcire
Alicui fidem manumque libenter porrigere
Inopiam alicuius facultatibus sublevare
Egestatem alicuius subsidiis et liberalitate sustentare et recreare
Alicui libenter subsidio venire
Alicui opem porrigere, afferre, praesidio esse

MERCES

Ricompensa, Recompense, Récompense, Belhonen, Recompensa

Laborum mercedem constituere,
 proponere, promittere
 Virtuti praemia proponere
 Praemiis invitare virtutem
 Alicuius arti pretium statuere
 Parem gratiam referre
 Par pari referre
 Alicuius officia rependere, compen-
 sare
 Alicuius operae mercedem dare,
 persolvere
 Laborum suorum praemia ferre,
 capere
 Beneficia beneficiis compensare
 Aliquid in loco mercedis numerare
 Alicuius officia paribus officiis ae-
 quare
 Alicuius humanitatem nullis officiis
 exaequare

Alicui dignam gratiam referre
 Pro alicuius meritis satis vicem
 reddere
 Recte merentibus praemia tribuere,
 deferre, persolvere
 Suae operae magnum pretium
 (praemium) petere, exigere
 Mercede donari promissa
 Praemiis donari, affici, honestari,
 decorari
 Cumulatis in se meritis satisfacere
 Gratum ac memorem se paribus of-
 ficiis probare
 Alicuius beneficiorum vinculis se
 laxare
 Alicuius voluntatem non satis ex
 aequo remetiri

ANIMUS GRATUS

Gratitudine, Gratitude, Dankbarkeit, Gratitude

Immortali memoria percepta bene-
 ficia retinere
 Officium aliquod inter maxima be-
 neficia referre, numerare
 Memorem praestare animum
 Alicui perpetua est referendae gra-
 tia voluntas
 Spectata alicuius est in referenda
 gratia pietas
 Alicui optime de se merito, quod
 debetur, referre
 Meritam gratiam memori mente
 persolvere
 In aliquem gratus est animus et
 beneficii memor
 Parem et cumulatissimam gratiam
 alicui referre
 Debitam gratiam alicui reddere, re-
 ferre, habere, persolvere, tribue-
 re, agere
 Alicuius in se beneficia numquam
 oblivisci
 Alicuius erga se merita semper me-

minisse; memoria tenere; perpe-
 tua memoria tueri, custodire, con-
 servare, prosequi
 Nulla dies, nulla temporis vetustas,
 non casus ullus, non fortuna ma-
 gnitudinem erga se meritorum im-
 minuet, ex animo delebit, tollet,
 auferet, oblivione delebit, obruet,
 obscurabit, exstinguet
 Beneficiorum memoria aeterna, per-
 petua, numquam interitura vige-
 bit
 Alicuius singularem benignitatem
 atque incredibilem liberalitatem
 semper in animo, semper in ocu-
 lis habere
 Alicuius beneficia alicui in animo,
 mente, memoria haerent
 Gratum se alicui memoremque
 praestare
 Alicui memoriam beneficiorum suo-
 rum praestare

Alicuius officia omnibus officiis
aequare, remunerari
Alicuius beneficia grata memoria
prosequi
Officium cumulate solvere, persol-
vere, reddere
Officiis cumulate respondere
Alicuius beneficiis pro merito res-
pondere
Esse alicui obnoxium
Plurimum alicui debere
Innumera in aliquem officia agmi-
natim glomerare
Alicuius meritis gratiam referre (re-
pendere)
Alicuius humanitatem ex aequo re-
ponere

Alicuius beneficia remetiri
Alicuius benignitatem celebrare
Alicuius beneficii memorem esse
Officia alicuius rependere
Beneficium pensare, persolvere, re-
munerare
Meritis alicuius respondere
Beneficium alicui conduplicare
Grates alicui persolvere
Magnopere alicui esse devinctum
Beneficiis acceptis parem esse
Obruere (prosequi) aliquem benefi-
ciis
Alicui gratias agere
Gratias alicui habere

ANIMUS INGRATUS

Ingratitudine, Ingratitude, Undankbarkeit, Ingratitud

Beneficium non remetiri, non re-
ponere
Meritum non resarcire
Ingrati animi culpam contrahere
Aliquem de se abunde meritum non
amare
Pro officiis nihil reponere
Ingratum in aliquem animum de-
clarare
Ingratum esse et accepti beneficii
immemorem
Gratiam non referre, non reddere
Ingratum se praebere
Officium in aliquo requiritur, desi-
deratur
Alicuius erga se non imitari officia
Alicuius in se meritis non respon-
dere
Alicuius officia suis officiis non
compensare
Memorem se alicui non praebere,
non probare
Turpem ingrati animi culpam susti-
nere; infamiam subire
Nullam referendae gratiae curam
suscipere

De referenda gratia minimum labo-
rare
Gratiam benemeritis non referre
Gratiam ab aliquo non ferre
Malam gratiam alicui reddere
Pro beneficiis meritam debitamque
gratiam non referre
Benefacta maleficiis compensare,
remunerari
Ingrate agere
Gratiam non referre, non reddere,
non ferre
Officium non praestare
Alicuius in se merita non rependere
Officia officiis non compensare
Memorem beneficii animum non
praestare
In vitium animi ingrati incidere
Turpem ingrati animi culpam susti-
nere
De referenda gratia parum esse sol-
licitum, parum laborare, parum
cogitare
Referendae gratiae haudquaquam
studiosum esse

FAMA

Fama, Fame, Renommée, Ruhm, Fama

Summum splendorem sua virtute
consequi, assequi
Vir amplissimus et clarissimus
Omnium studiis celebratus
Aliquem fama conspectissimum fa-
cit
Rerum gestarum gloria aliquem mi-
rifice illustrat
Clarus et illustri laude conspicuus
In summa celebritate vivere
Inter suos maxima celebritate flo-
rere
In ingenti gloria apud suos esse
Claritate nominis insigni praeditus
Conceptae de se opinioni respon-
dere
Opinionem de se praebitam supe-
rare, vincere
Opinione meliorem se ostendere
Clarum nomen consequi, adipisci,
obtinere, habere
Invictum alicuius nomen viget, flo-
ret
Alicuius nomen nulla vetustas de-
lebit, exstinguet, obscurabit
Alicuius nomen fama divulgat, cir-
cumfert, circumgestat, per terra-
rum orbem dissipat, ad ultimas
terras provehit
Aliquo numero esse
Alicuius fama nominis terras ac ma-
re implet
Alicuius nomen per omnes gentes
vagatur, volitat
In ore atque sermone omnium
praeclara alicuius virtus versatur
Omnis aliquem posteritas agnoscit
Posteritas omnis alicuius laudes ex-
cipit ac tuetur
De aliquo posteritas omnis audit et
loquitur

Immortalitatis praemia consequi
Nomen suum immortalitati com-
mendare, donare; ab interitu vin-
dicare; in hominum memoria re-
tinere; aeterna laude illustrare
Alicuius nomen nulla delet oblivio
De alicuius laudibus nulla aetas,
nulla posteritas conticescit
Famae a-c dignitati suae servire,
parcere, consulere
Suam famam tueri, conservare, te-
nere
Alicuius viri fama ad metas haeret
Violatae fama iniuriam sarcire, re-
sarcire
Violatae existimationis satisfacere
Inustam fama maculam detergere
Omnis aetatis, omnis memoriae cla-
rissimus
Saeculi sui decus egregium
Alicuius gloria oras omnes perva-
dit; ad gentes orbis terrarum ul-
timas permanat
Gloriam quaerere, aucupari, venari,
captare, consecrari
Ad gloriam virtutis via grassari
Amplissimam sibi gloriam parere,
capere, consequi, adipisci
In gloriam venire
Gloriam suam alere, multiplicare,
duplicare, amplificare
Gloria florere, circumfluere
Gloriam in se transmovere
Suam gloriam imminuere, infrin-
gere
Apud posteros aeterna gloria dona-
ri, effici, illustrari, ornari
Ab hominum oblivione et interitu
vindicare
Suum nomen posteritati tradere

DIFFAMATIO

Diffamazione, Defamation, Diffamation, Verleumdung, Difamación

Alicuius nominis lumini officere
Alicuius nominis splendori tenebras
obducere, offundere, damno esse,

iacturam afferre, notam inurere
Alicuius nomini lucem eripere, ob-
scuritatem afferre

Alicuius nomen obscurum reddere
 Alicuius nominis splendorem perstringere
 Honori alicuius adversari
 Alicuius honorem laedere, imminuere, turpi labe inficere, obscurare, depeculari
 Alicuius honori labem inferre, maculam aspergere, nocere
 De alicuius dignitate detrahere
 In sua dignitate damnum facere
 In suo honore detrimentum ferre
 Suae dignitatis iacturam facere
 Alicuius honor labem suscipit; contrahit
 Alicuius dignitatis splendor obscuratur
 Alicuius existimationem oppugnare
 Dignitatem alicuius impugnare
 Contra alicuius existimationem venire
 Alicuius existimationem violare, imminuere
 In existimationis discrimen venire
 Alicuius existimatio agitur
 Honoris ornamentis, titulis spoliari
 Alicuius honorem violare; turpi labe inficere; infamiae tenebris obscurare
 Maculis alicuius famam aspergere, inquinare
 Infamiae aliquem tradere
 In infamiam aliquem adducere
 Aliquem dedecorare, deformare

Aliquem dedecore afficere
 Infamia flagrare, laborare
 Sempiternam alicui ignominiam imponere
 Aeternam ignominiae labem subire
 Aliquem infamare
 Infamiam alicui afferre
 Alicuius famam lacerare
 Alicui turpitudinem infligere
 Aliquem infamem facere
 Alicui invidiam conflare
 Libellum ad infamiam alicuius edere
 Tristi nota aliquem insignire
 Infamia laborare, flagrare, aspergi
 In infamia esse
 In sermonem et vituperationem hominum (in turpitudinem) venire
 Notam ac turpitudinem subire
 Turpitudine notari
 Infamiam magnam subire
 Notam alicui inurere ad ignominiam sempiternam
 Dedecore et infamia premi, opprimi
 Infamia, gravi ignominia notari
 Sempiternam alicui ignominiam imponere
 In alienam famam involare
 Alienam existimationem offendere
 Crimen in alicuius vitam moresque iacere, conicere
 Aeternam ignominiae labem subire
 Maculis infamiae sempiternis aliquem aspergere atque inquinare

ULTIO

Vendetta, Revenge, Vengeance, Rache, Venganza

Calumniam aliquam non inultam pati
 Gravem se ad calumnias aliquas vindicem servare
 Calumniae ultorem esse
 Maledicta aliqua quam acerrime vindicare
 Dolorem ex calumnia iusta ultione explere
 Poenas pro calumnia graves capere
 Calumniae alicuius poenas repetere
 Inultum aliquid a se non auferre

Iniurias ultione persequi
 Pro aliqua iniuria graviter ulcisci
 Paremi brevi pro iniuria gratiam referre
 Impune alicui non erit, non adibit, quod iniuria aliquem affecerit
 Cum pari aliquem munere remunerari
 Memorem se iniuriae sentire, experiri
 Inultam impunitamque iniuriam non dimittere

Alicui non impune dilabetur aliqua iniuria
 Iniuriam ab aliquo acceptam ulcisci, persequi, vindicare
 Iniuriae acceptae poenas exigere, repetere, reposcere
 Par pari referre
 Iniuriam reponere, referre
 Alicuius iniuriae inulta non relinquetur
 Inultum non ire

Referendae iniuriae curam suscipere
 De iniuria persequenda, referenda cogitare
 Ultionem iniuriarum spectare
 De referenda iniuria laborare
 Inultum a se aliquid non auferre
 Doloris sui punitorem esse
 Aliquem suimet ultorem habere
 Aliquem iniquitatis atque iniuriarum vindicem habere

VENIA

Perdono, Pardon, Verzeihung, Perdón

Veniam et immunitatem rogare
 Suis peccatis concedi ignoscique orare
 Ab aliquo veniam et pacem exposcere
 Misericordiam alicuius implorare, movere, commovere, concitare
 Ad alicuius clementiam confugere
 Ad misericordiam aliquem allicere, vocare, revocare, adducere
 In alicuius culpa connivere
 Alicui ignoscere
 Alicuius praeterita condonare
 Veniam dare, concedere, tribuere
 Se placabilem exorabilemque praebere

Misericordiam tribuere, impertiri, adhibere
 Misericordia capi, teneri
 Alicuius iniurias oblivisci
 Voluntaria oblivione iniurias contemnerere
 Omnium iniuriarum gratiam facere
 Delicti gratiam alicui facere
 Iniuriae impunitatem dare, concedere
 Culpam alicuius remittere eiusque memoriam obicere
 Crimen suum alicui condonare
 Sceleris poenam alicui condonare
 Sceleris poenam praetermittere
 Summa placabilitate (nimia facilitate) esse

AMICITIA

Amicizia, Friendship, Amitié, Freundschaft, Amistad

Amicitiam cum aliquo appetere, expetere, petere
 Se ad alterius amicitiam applicare
 In alicuius amicitiam se insinuare, se adiungere, se conferre, se aggregare
 Amicitias sibi parere, gignere, iungere, coniungere, instituere
 Amicitiae fores sibi aperire
 Amicitiam conglutinare, coniugare, constituere

Amicitiae et societatis vinculo se adscribere
 Cum aliquo societatem coire
 Alicuius foedere se devincire
 Amicitiae foedus sancire, ferire, percutere
 Ad alicuius amicitiam adscribi
 Alicuius amicitiam adipisci
 Amicitiam habere, gerere cum aliquo

Firmam ac perpetuam societatem cum aliquo habere
 Aliquis locum amicitiae non infimum apud aliquem tenet
 Mutua benevolentia aliquem implicatum habere
 Inveterata alicui cum aliquo est amicitiae fides
 Aliquem plane suum numerare
 Diu et concorditer alicuius amicitia uti
 Uti aliquo familiariter
 Est alicui cum aliquo artissima necessitudo
 Esse alicui summa familiaritate coniunctum
 Multum esse alicui cum aliquo usum
 Alicui intercedit cum aliquo necessitudo (familiaritas, amicitia)
 Effusissime aliquem diligere
 In alicuius amicitiam incidere
 Aliquem sibi benignitate devincire
 Esse alicui benignitate (necessitudine) devinctum (coniunctum)
 Artissimo amicitiae vinculo alicui

esse innexum (coniunctum, copulatum)
 Amore indissolubili cum aliquo coniungi
 Numero amicorum alicuius ascribi (ascisci, arrogari)
 Inter ordines amicorum alicuius referri
 Amiculo commendatissimo uti
 Cum aliquo perpetuam statuere amicitiam
 Ab amicitia (amore) alicuius seiungi (abesse)
 Nominis alicuius esse studiosum
 Gratiam alicuius inire
 Alicuius consuetudine delectari
 Aliquem impotenter redamare (deamare)
 Animum alicuius amplecti (exoculari)
 In alicuius consuetudinem ardere
 Alicuius consuetudine gaudere
 Aliquem singulari benevolentia (caritate, favore) complecti (prosequi)
 Alicui amicum se praestare

INIMICITIA

Inimicia, Enmity, Inimitié, Feindschaft, Enemistad

In aliquem grave odium capere, suscipere
 Gravi esse in aliquem odio
 Gravi odio ab aliquo dissidere
 Grave in aliquem odium habere, profiteri, expromere
 Gravi in aliquem odio ferri
 Acerbum alicuius in aliquem flagrat et ardet odium
 Acre aliquem tenet alicuius nominis odium
 Alicui est cum aliquo infestum et diuturnum odium
 In odio esse apud aliquem
 Aliquem inexpiabili odio detestari et execrari
 Alicuius conspectum, facta, nomen detestari
 Alicuius aditum, sermonem, aspectum fugere et horrere
 Publicum esse populi odium

Alicui pestem ac perniciem precari
 Aliquem communi luce indignum putare
 Alicuius nomen odio et acerbitati alicui est
 Magna esse apud omnes in invidia
 Multorum odiis premi, laborare
 In multorum odium venire, pervenire
 In multorum odia offensionesque irruere et incurrere
 Aliena invidia conflagrare, ardere
 Omne odium inclusum nefariis sensibus in aliquem profundere
 Odium explere ac saturare
 Similitates cum aliquo suscipere, habere, gerere, exercere, retinere
 Graves inimicitias subire, adire
 Intercedunt alicui cum aliis summae inimicitiae
 Alieno in aliquem esse animo

Capitales inimicitias contrahere
 Alia ex aliis simultas incidit atrocioribus inimicitiae certaminibus exercenda
 Animum ostendere alicui crudeliter inimicum
 Immortales in aliquem gerere, exercere iras
 In alicuius animo acres atrocesque inimicitiae erga aliquem resident
 Aliquem capitali insectari odio
 Aliquo gravi sane et infenso adversario uti
 Acerrime et gravissime alicui adversari
 Totum in alicuius perniciem incumbere

Alicuius exitum machinari
 Aliquem ubique eiusque commoda oppugnare
 Nullam adversus aliquem iniuriam praetermittere
 Odium concoquere, sorbere, depoenere, mittere, finire
 Invidiam lenire
 Invidiae sanguinem mittere
 De invidia multum deonerare
 Invidiam magna ex parte restinguere, exstinguere, comprimere, levare
 Hominum odia sedare, placare
 Odia vetustate iam exoleta depellere, propulsare
 Ab inimicitiis discedere

BENEVOLENTIA

Benevolenza, Benevolence, Bienveillance, Wohlwollen, Benevolencia

Patriae inimicitias concedere
 Diurnas inimicitias patriae caritati condonare
 Ab inimicitiis et odiis inveteratis tandem discedere
 Gratiam alicuius expetere, inire
 Alicuius gratiam aucupari
 Ab aliquo gratiam inire
 Gratia apud aliquem crescere
 Gratiae locum apud aliquem quaerere
 Sui principis gratis florere, excellere
 Magna apud aliquem in gratia poni
 Principem apud aliquem gratiae locum tenere, obtinere
 Benevolentiam sibi facile adiungere, coniungere
 Benevolentiam sibi facile adiungere, coniungere
 Benevolentiam capere, colligere, contrahere, movere, experiri, consequi

Benevolentia aliquem allicere
 Se alicui benevolum dare
 Animo in aliquem benevolo optimoque esse
 Alicui benevolentiam semper praestare, servare, tueri, augere
 In aliquem benevolentiam conferre, declarare, suscipere
 Propensissima esse in aliquem benevolentia
 Optime affectum alicui esse
 Voluntate alicui esse bona ac propitia
 Benevolentia aliquem complecti
 In aliquem propendere voluntatis inclinatione
 Mutua benevolentia implicatum aliquem habere
 Benevolentiam adimere, extinguere, delere

COMMENDATIO

Raccomandazione, Recommendation, Empfehlung, Recomendación

Alicui maiore cura, studio ac animi sollicitudine aliquem commendare

Diligentissime valdeque ex animo aliquem commendare

Iustis de causis aliquem maximo-
pere commendare
Quibuscumque rebus honeste ac pro
sua dignitate aliquem iuvare et
ornare
Genere commendationis mirifico
planeque quod sit ex intimo de-
promptum animo uti
Ut sua apud aliquem commendatio
valeat, rogare
Aliquem alicui non vulgariter com-
mendare
Maxima commendatione aliquem
commendare
Alicuius commendationi plurimum
tribuere
Alicuius commendatio apud aliquem
maximo adiumento est
Aliquem alicui de meliore nota
commendare
In fidem alicuius aliquem conferre
Aliquem alicuius fidei tradere, cre-
dere
In alicuius tutelam et patrocinium
aliquem conferre

Aliquem tutelae alicuius commen-
dare et subicere
Aliquem intime alicui commendare
Suspensa manu aliquem commen-
dare
Alicui omnem rem atque causam,
seque totum commendare atque
tradere
Quaerere sibi apud aliquem com-
mendationem
Commendatum sibi aliquem habere
Dare aliquid alicui ex commenda-
tione alicuius
Facere aliquid commendatione ali-
cuius
Aliquem iustis de causis alicui com-
mendare
Alicuius commendationi tantum tri-
buere, quantum cui tribuitur
plurimum
Aliquem sibi traditum de manu,
ut aiunt, in manum habere
Aliquem mandatum habere fidei
suae ac in tutelam traditum

GRATULATIO

Congratulazioni, Congratulation, Congratulations, Gratulation, Felicitación

Omnibus optimis aliquem prosequi
Alicui servae reipublicae gratulatio-
nem discernere, facere
Aliquis summa laetitia et gratula-
tione excipitur
Alicui valde, effuse plaudere
Alicui plausum dare, tribuere, im-
pertire
Alicui pristinus plausus emoritur,
refrigescit
Ex alicuius rebus laetitiam, sume-
re, haurire, suscipere
Magna alicui e rebus alicuius volup-
tas, iucunditas, delectatio oritur
Alicuius res secundae laetitia ali-
quem complent, cumulant, per-
fundunt
Ex alicuius fortunis magnam hila-
ritatem colligere
De alicuius fortuna laetari

In alicuius progressionibus magno-
pere laetari
Ex alicuius secundis rebus volup-
tatem non mediocrem capere
Ex alicuius rerum prospero succes-
su voluptatem haurire incredi-
bilem
Alicui aliquid (aliqua re, de aliqua
re) gratulari (gratulationem fa-
cere)
Iuvat aliquem alicui aliquid pro-
fuisse
Mutua gratulatione fungi
In aliqua re gaudere
Alicuius gaudium gaudere
Alicui de aliqua re gratulationem
habere
Gratulatione florere
Gratulationem alicui significare, de-
cernere

Alicui gratari
 Aliquem reducem gratari
 Nomine alicuius gratulari

Alicui pro aliqua re gratulari
 Alicui praecipue congratulari
 Alicuius facilitati congratulari

COMMISERATIO

Condoglianze, Condolence, Condoléances, Beileidsbezeugung, Condolencia

Alicuius miseriis commoveri
 Alicuius misericordia capi, moveri, commoveri
 Fortunam alicuius miserari, commiserari
 Ex alicuius casu dolorem capere
 Doloris cum aliquo esse participem
 Alicuius casu gravissime affici, vehementer commoveri
 Casum alicuius vehementer miserari, moleste graviterque ferre, dolere
 Alicuius doloris cum aliquo participem esse
 Alicuius angoribus angere
 Afflictae alicuius fortunae commiseratione tangi
 Alicuius calamitas aliquem vexat, angit, sollicitat
 Alicuius calamitas in magnam aliquem sollicitudinem adducit
 Ex acerbitate casus alicuius dolorem capere gravissimum
 Ad aspectum alicuius casus lacrimas tenere non posse; misericordia moveri, commoveri, capi
 Alicuius non minus ac sua calamitate angere, cruciari, affligi, vexari
 Infelici alicuius fato sollicitari et dolorem acerbissimum haurire
 De febricula alicuius valde dolere

Vicem alicuius dolere
 Alicuius casu gravissime affici
 Alicuius miseriam suam putare
 Alicuius misericordia capi, moveri, commoveri
 Fortunam alicuius commiserari
 Alicuius miseria acerbis, aliquem vexat, angit, sollicitat
 Alicuius calamitas in magna aliquem sollicitudinem adducit
 De febricula alicuius valde dolere
 Alicuius casum luctumque dolere
 Alicuius casu vehementer commoveri
 Casum alicuius vehementer miserari
 Alicuius doloris cum aliquo participem esse
 Ex alicuius casu dolorem capere
 Afflictae alicuius fortunae commiseratione tangi
 Ex acerbitate casus alicuius dolorem capere gravissimum
 Casum alicuius moleste graviterque ferre
 Alicuius non minus ac sua calamitate angere, cruciari, affligi, vexari
 Infelici alicuius fato sollicitari et dolorem acerbissimum haurire
 Alicuius malis uri
 Alicuius aegritudinis (maeroris) socium participem esse

EPISTULARUM COMMERCIIUM

Corrispondenza epistolare, Letter writing, Correspondance epistolaire, Briefwechsel, Correspondencia epistolar

Diu alicuius litteras requirere, desiderare
 Multum iam temporis ab alicuius

litteris mutum esse dolere
 Litteras exarare, conficere
 Litteris alicui obstrepere

Per litteras cum aliquo colloqui
Litteras alicui dare, reddere
Ad aliquem litteras dare, afferre
Fido homini litteras committere
Litteras multo officio refertas mittere
Ad aliquem celeriter alicuius litterae commearunt, volarunt
Ab amico crebrae veniunt alicui litterae
Litteras resignare, solvere
Epistulae vincula laxare
Litteras obsignare, signare
In extremis litterarum (in extrema parte epistulae) aliquid adiungere
In alienas manus inciderunt litterae
Litteras persolvere

Litterarum officium reddere; respondere
Plenam festivitatis et leporis epistulam scribere, exarare, elucubrare
Plenam stomachi et querelarum epistulam dictare, texere
Epistulam bene longam, sparsam sale humanitatis at amoris notis insignem mittere
Epistula aliquem lacessere, obtundere
Epistulam elicere, complicare, aperire
Epistulae rescribere
Epistulam dilacerare, conscindere, comprimere, suppressere, premere

VIII

VITA IN RE PUBLICA AGENDA

VITA PUBBLICA - PUBLIC LIFE - VIE PUBLIQUE
OFFENTLICHES LEBEN - VIDA PUBLICA

PATRIA

*Patria, Fatherland, Patrie, Vaterland, Patria*Patria, domestica hac sede nihil
iucundiusTerra, quae nos genuit et aluit
Caelum hic, sub quo nati ac educati
sumusTerra, quam matrem appellamus
Patriae solum, in quo geniti sumus
Commune patriae solum omnibus
carum ac dulcissimumAb exitio patriam vindicare
Patriae salutem afferre, parere, dare
Cadentem labentemque patriam su-
stinere, confirmare, exciperePatriam ab exitio, a pernicie, ab
interitu, a peste eripere, liberare,
tutari

Patriae mala sanare

Incolumitatem patriae afferre

Graviter laboranti patriae opem
ferre

Patriae incendium extinguere

Alicuius opera stat patria

Ab aliquo salutem accepit patria

A patria perniciem depellere

Patriae mala sanare

Pro civili parte rempublicam salvam
cupereAd excisionem, inflammationem,
eversioem patriae sua consilia
dirigere omnia

Exitum patriae comparare

Ad patriae disperditionem se accin-
gereCivitatis suae statum funditus ever-
tere, patriam profligare, bona for-
tunasque civium suorum dissipare
ac disperdereAliquem patriae amore inflammare
Pietatem in patriam intendere, ex-
citare, gignere, conciliarePatriae amor in aliquo nascitur,
oritur, exoriturPietas in patriam in aliquo exsistit,
emergitPatriam suam tyranni potestati per-
mittere, subicerePatriam suam in tyranni potestatem
redigere

Salutem patriae alicui adiudicare

RES PUBLICA

Stato, State, Etat, Staat, Estado

Rempublicam constituere, aedificare, serere

Reipublicae fundamenta iacere, ponere

Civitatis statum et legibus et moribus de integro condere

Rempublicam consiliis suis excitari, erigere, fulcire, continere, servare, restituere

Ut respublica resurgat ac reviviscat efficere atque elaborare

Rem publicam in veterem dignitatem ac libertatem vindicare

E superiorum temporum caligine et tenebris lucem aliquam in reipublica respicere

Respublica respirat ac reflorescit

Civitas suum rursus statum tenet ac melius fluit; aequabilius et constantius se habet

Turbata respublica in tranquillam redigitur, reviviscit, caput attollit

Ex incertis et perditis rebus in meliorem statum respublica revocatur, restituitur, redit, pristinum statum recuperat

Durissima sunt reipublicae tempora Res ubique asperae sunt et turbidae

In fortuna miserrima et luctuosissima respublica destituta est

In discrimen extremum venit civitas

In angustias respublica proiecta ac precipitata est

Undique miseriis civitas obsidetur

Summis respublica incommodis conflictatur, difficultatibus premitur

Ex intolerabili statu respublica surrexit

Ad sanitatem revertitur civitas

Lux quaedam civitatis rebus affulget

Rempublicam in sedes ac statum

suum revocare, restituere

Civitatem perditam afflictamque erigere

Prolapsam rem superiorum temporum negligentia restituere atque in veterem dignitatem vindicare

Civitas emergit et in tolerabili statu consistit

Quaedam ad meliorem spem inclinationis reipublicae fit

Formam, imaginem, simulacrum veteris reipublicae nullum agnoscere

Communis res ita dilapsa est, ut ne spes quidem ulla eius restituendae relinquatur

Deposita est reipublicae salus

Non adversa tantum, verum etiam penitus eversa reipublicae fortuna est

Rempublicam oppugnare, vexare, labefactare, violare, delere, vastare

Contra rempublicam arma ferre

Pestem reipublicae moliri

Publicam rem opprimere

Politicam obruere

Rem communem convellere

Respublica concidit, periit, ruit, nulla prorsus est

Actum penitus est de republica

Reipublicae vestigium nullum superest

Non adversa tantum est, verum etiam penitus aversa fortuna reipublicae

Respublica formam pristinam amisit

Reipublicae fractae sunt opes, afflictae vires, amissa dignitas, extincta salus

Periit omnino reipublicae salus

CIVITAS

*Cittadinanza, Citizenship, Naturalisation,
Staatbürgerschaft, Ciudadanía*

Alicui civitatem dare, donare, largiri, impertiri	Civitatem adipisci, consequi, obtinere
In civitatem aliquem adscribere, suscipere, recipere, accipere	Alicui ius indigenae tribuere, praerogativam conferre
Civem aliquem designare, facere, habere	Aliquem in civitatem asciscere
Ad civium numerum adscribere	Aliquem in civem adoptare, cooptare, asciscere, referre, allegare
Inter cives referre	Aliquem civitati (in civitatem, in civitate) adscribere
Civitate aliquem donare	Civitate aliquem orbare, nudare, spoliare, exuere
Aliquem civem asciscere	Aditum ad civitatem patefacere
Civilium munerum participem aliquem facere	Dignum aliqua civitate putari
Civitatem impetrare	Ad civium numerum adscribi
Ius civitatis consequi	Civis locum obtinere
Civitatem amittere, perdere	Inter cives referri
A numero civium segregari	Participem civitatis civiliumque munerum fieri
Civitatem alicui adimere	Alicui civitatem communicare
E civium albo eradi	In civitatem pervenire
In aerarios referri	Aliqui ad civitatem facilis est cursus (via patet)
In aliquam civitatem se dicare	
Cum ceteris aequo iure in civitate vivere	

CIVITATIS MODERATORES

Government, Government, Gouvernement, Regierung, Gobierno

Reipublicae gubernacula tractare	Ad reipublicae lucem evocari
Ad reipublicae gubernacula admo- veri, sedere	Cum imperio (potestate) reipubli- cae praeesse
A reipublicae gubernaculis aliquem repellere, deicere	Ad rempublicam capessendam evo- cari
A civitatis gubernaculis recedere	Rempublicam cum laude gerere
A gubernatione aliquem remove	Civitatem praeclare regere
Ad aliquem rerum summam deferre	Rempublicam vigilanter ac sapien- ter administrare
Alicuius fidei (potestati) reipublicae procuratio commissa, commenda- ta, demandata est	Magna virtute et innocentiae fama reipublicae praeesse

In administratione reipublicae alicuius virtus enitet
 Suis curis rempublicam complecti
 Curam omnem ad rempublicam conferre
 Animum ad reipublicae curam convertere
 Nullam aliam priorem, quam reipublicae curam agere
 Publicis negotiis inservire
 Nihil alicui est antiquis reipublicae cura
 Omnium rerum prima alicui est et antiquissima reipublicae cura
 Perpetua illa cura apud aliquem excubat, ut rempublicam salvam praestet
 Ex inordinata in ordinem adductam, pulcherrime digestam suis momentis atque summo iudicio dispensatam atque dispositam habemus rempublicam
 Reipublicae administrationem adire, inire, capessere, suscipere, accipere, attingere
 Ad rempublicam accedere, se conferre
 Reipublicae clavum tenere, gubernacula moderari
 In republica versari

Reipublicae praeesse, operam dare
 Ad reipublicae gubernacula sedere
 Rempublicam legibus temperare
 Reipublicae legibus consulere, habenas moderari
 Rempublicam gubernare, moderari, regere, curare, procurare, tractare
 Rempublicam attingere
 Ad rempublicam se (sua studia) conferre
 Reipublicae operam dare
 Suam voluntatem ad publicam causam aggregare
 Reipublicae curationem habere
 Reipublicae rationibus consulere
 In republica incumbere
 Rempublicam tenere, sustinere, temperare
 Reipublicae summam habere
 Imperii summam tenere
 Rectoris auctoritatem (imperium) assumere, sibi sumere, sibi arrogare, prae se ferre
 Dominatum usurpare, sibi assumere
 Aliquem administratione submovere, a gubernaculis deicere, deturbare
 Magistratum (se magistratu) abdicare
 Magistratu abire

FACTIONES

Partiti, Parties, Partis, Parteien, Partidos

Alicuius factionis ducem esse
 In duas partes civitas discessit, scissa est
 Respublica factionibus oppressa est
 Dissociati civium animi sunt
 Alicuius esse partium
 Alicuius partibus infici
 Alicuius partibus addici, deditum esse
 Sectam aliquorum sequi, fovere
 Alicuius partibus studere, favere
 In alicuius partibus stare
 Ad causam alicuius se acclinare
 Ad alicuius rationes se adiungere
 Suas cum alicuius rationibus coniunctas habere

Cum aliquo stare ac sentire
 Nullis partium studiis infici
 Inter utramque partem medium manere
 Nullarum esse partium
 In neutram partem moveri, commoveri
 A studio partium alienum esse
 Neutrius factionis aut partis esse
 Ancipitem se et medium gerere
 Sectam inire, ducere
 In alicuius sententiam ire, pedibus transire, concedere
 Ab aliquo stare, facere
 Partes alicuius defendere
 Pro aliquo niti

Cum aliquo esse, facere
 Ab alicuius partibus esse
 Alicuius partes sequi, tueri, susci-
 pere, tenere, sustinere
 Causam alicuius tueri, complecti
 In alicuius partes descendere
 Alicuius partes fovere
 Nullarum esse partium
 Factiosum non esse
 Nulli factioni adhaerere
 In quamvis partem liberum et so-
 lutum esse

Neutram in partem affectu pro-
 num, proclivem esse
 Nullam praecipue in partem incli-
 nare
 Nemini esse studiosum et fauto-
 rem
 Nemini favere, studere
 Nemini partes sequi
 Aliquem sibi adiungere, ad suum
 arbitrium ducere, ad suas partes
 adducere, allicere, pertrahere

CONTIONES

Comizi, Meetings, Versammlungen, Comicios

Contionem advocare
 Concilium indicere, habere
 Ad contionem plebem vocare
 Multitudinem concire, colligere,
 comparare, congregare
 Hominum coetus sociare
 Iuvenum manum cogere
 Populum in concilium adducere,
 adhibere
 E concilio aliquem secludere, dimit-
 tere
 Concilium solvere
 Contionem convocare
 In contionem convenire, procedere
 Contionem submovere, semovere

Comitia edicere, gerere, obire
 Comitium differre, extrahere
 Comitia saepe largitione inquinan-
 tur, corrumpuntur
 In aliquo loco conventum agere
 In aliquem locum coire, convenire,
 confluere, cogi, congregari
 Sollemnia alicuius regni comitia
 convocare, cogere
 Totius regni conventus agere
 Conventum (coetum, contionem) co-
 gere, convocare, congregare, ag-
 gregare
 Populum in contionem vocare

LEX

Legge, Law, Loi, Gesetz, Ley

Legem perferre, rogare, sciscere,
 sancire, condere, facere, scribere,
 edere
 Legem civitati dare, imponere, iniun-
 gere, ponere, constituere, institue-
 re, promulgare
 Legibus urbem munire
 Legibus populum constringere, ad-
 stringere, devincire
 Populo iussa describere
 Legem in aes incidere
 Aliquid sub legis vincula conicere

Legis auctorem fieri
 Edictum edicere, scribere, compo-
 nere, proponere
 Edicto aliquid sancire
 Decretum facere, interponere, ap-
 probare
 Privatam publicamque vivendi ra-
 tionem legibus constituere
 Quae coetibus hominum regendis
 usui esse solent, praescribere
 In legem iurare
 Lege se obstringere

Legi se subicere
 Legibus se devincire
 Legi cedere, parere, obtemperare, satisfacere
 Legem observare, servare, sequi
 Quas officii partes lex iubet, poscit, imperat implere
 Ius, legem violare, perfringere, per-rumpere, conculcare
 Contra legem facere, committere
 Fraudem legi facere
 A legibus discedere
 Legem irritam facere, infirmare, dissolvere, antiquare, convellere, tollere, delere, rescindere
 Gratiam legis facere
 Lege aliquem solvere
 Leges solvere, extinguere, evertere
 Legum severitatem amputare, circumcidere
 Edicta revocare, rescindere, abolere
 Legem abrogare, abolere, obliterare, exterminare, destruere, ad nihilum redigere, refigere
 Aliquem lege solvere, absolvere
 Legem proferre, edicere, ferre, iubere

Alicui legem statuere, indicare, ferre, condere, figere, irrogare, componere, sancire
 Legem de aliqua re (alicuius rei faciendae) iubere
 Alicui iura dare, iussa describere
 Populum rogare, ut legem iubeat, accipiat, ratam esse iubeat
 De accipienda lege populi rogare suffragio
 In legem noxam admittere, fraudem committere, graviter delinquere
 Legi non oboedire, non obtemperare
 Legem accipere, ratam habere, admittere, probare
 Legem poena sancire, corroborare, confirmare
 Legem violare, negligere, perfringere, non servare, frangere, contemnere, irritare, infirmare, irritam facere
 Leges non poena sed iustitia comprobare

PRIVILEGIA

Privilegio, Privilege, Privilège, Vorrecht, Privilegio

Privatas leges hominibus irrogare
 In privatos leges ferre
 Legum vinctulis aliquem exsolvere
 Gratiam legis alicui facere
 Exemptum aliquem aliquo onere facere
 Onere aliquem levare
 Omnium rerum onerumque publicorum immunitatem habere
 A publicis vectigalibus immunem esse
 Immunitate aliquis nominatim affectus, donatus est
 A publicis vectigalibus immunitatem alicui dare
 Earum legum omnium facere alicui veniam, quae de vectigalibus latae sunt
 Alicui loco praerogativae ius tribue-

re, attribuere, impertire, conferre
 Alicui ius aliquod peculiare ac praecipuum tribuere
 Aliquem praerogativae iure afficere, donare, augere, ornare, cohonestare
 Aliquem privilegio donare
 Praecipuo iure esse
 Quempiam ab aliqua re resolvere, eximere, liberare, vindicare
 Cuipiam immunitatem alicuius rei dare, vacationem tribuere, concedere
 Ab aliqua re solutum, expeditum, liberum esse
 Ab aliqua re immunitatem habere
 Aliquem lege eximere, secernere, excludere

ACCUSATIO

Accusa, Accusation, Accusation, Anklage, Acusación

Criminis reum aliquem facere, agere, peragere
 In reos aliquem referre
 Alicuius nomen deferre
 Crimen alicui inferre
 In criminis suspicionem adducere
 In aliquem crimen (culpam) conicere, conferre
 Iudicio capitis aliquem arcessere
 Rerum capitalium reum aliquem facere
 Capitis aliquem accusare
 In iudicium capitis aliquem vocare, adducere
 In iudicio reorum loco sedere
 Accusationis iudicium subire
 Accusationem factitare, profiteri
 Accusatorem in aliquem comparare
 Accusatorem alicui ponere, opponere
 Aliquid alicui ponere in crimen
 Aliquem crimine arcessere
 In crimen aliquem vocare
 Aliquem in iudicium vocare, reum facere, persequi
 Aliquem in culpam vocare, in infamiam adducere
 Criminis expertem, innoxium aliquem exagitare
 Fraudis crimen alicui inferre, efferre, adscribere; in aliquem conicere, ferre, conferre
 Aliquid alicui in culpa, in crimine ponere
 Fraudis conceptae crimen in aliquem derivare
 Fraudis crimine aliquem arcessere
 Culpam agnoscere
 Culpae se reum agere, peragere

De se ultro confiteri
 Noxae confessionem non defugere
 Culpam aliquam praestare
 Aliquam labem in se recipere
 Furti (de furto, crimine furti) quempiam accusare, insimulare arguere, deferre, postulare, arcessere, criminari
 In furti crimen aliquem vocare
 Aliquem reum furti facere, agere, peragere
 Repetundarum (de repetundis) aliquem postulare
 De repetundis alicuius nomen deferre
 Crimine convinci, teneri, coargui, reum fieri, constitui
 Indicio circumveniri
 Falsae accusationis procella defungi
 In aliquem accusationem conflare, crimen fingere
 In ius (in crimen) vocari, venire
 Iudicium subire
 Reum sedere
 Falsum crimen conicere, impingere
 Crimine convinci, teneri, coargui, reum fieri, constitui
 Alicuius nomen deferre
 Alicui crimen furti inferre
 Ficti criminis accusare
 Falso crimine arcessere
 Alicui crimen falsum affingere, obicere
 Delationes factitare
 Accusationem factitare, profiteri, exercere
 Culpam in aliquem conferre, transferre, derivare, inicere, conicere, amoliri, avertere, inclinare

CORRUPTIO

Corruzione, Bribery, Corruption, Bestechung, Corrupción

Muneribus facile deleniri
 Pretio addictam fidem gerere
 Venalem habere pretio fidem
 Quaestui omnia in aliquo sunt venalia; fides, iusiurandum, aequitas

Magna vi pecuniae a sententiae aequitate deduci
 Nummarius iuris interpret pretio fidem addictam habet

Iudicis fides pretio labefactata concidit
 Corruptelam iudicii magna vi pecuniae moliri
 Iudicem pretio mercari
 Venalem pretio hominem et largitione devinctum, magnitudine pecuniae facile a bono honestoque abstrahere
 Iudicem, a cupiditate auri haud intactum, qui adversus divitias haudquaquam invictum gerit animum, facile donis ad suam causam perducere
 Iudicem pecunia, largitione, pretio,

tribus corrumpere
 Iudicem mercede conducere, largitione caecare, pretio delinire, auro corrumpere
 Tantum donis muneribusque perficere, ut a sententia iudex facile abeat, abducatur
 Iudices fidem corrumpere, dissolvere
 Iudicem labefactare
 Corruptelarum illecebris iudicum fidem sollicitare
 Iudicum fidem muneribus attentare, tentare, oppugnare, aggredi
 Iudici corruptelam moliri

IUDICIUM

Sentenza, Sentence, Sentence, Urteilspruch, Sentencia

Controversiam dirimere, componere
 In iudicio cadere
 Causam amittere
 Causam adversariis tradere
 Iniuriarum suspicionem multis ac non dubiis iudicum sententiis absolvi
 Aliquem crimine aliquo condemnare
 De alea, de vi aliquem condemnare
 Capitis, iniuriae, pecuniae publicae turpissimo iudicio condemnari
 Insigni nota et ignominia aliquem condemnare
 Iudicio (iudicum sententiis) damnari
 Pro aliquo pronuntiare
 Litem alicui addicere
 Inique aliquem iudicare
 Inique rem ab aliquo abdicere
 Perperam litem ab aliquo abiudicare
 Iudicium ferre, facere, de aliqua re
 Causam ab aliquo abiudicare
 Contra aliquem pronuntiare, ferre, dicere
 Causam alicui adiudicare
 Sententiam secundum aliquem ferre, pronuntiare, dicere

In interloquendo iudicare
 Interfando iudicium facere, ferre
 De causae appendice iudicare
 Iudicatum exsequi, facere
 Effectum praestare iudicium
 Iudicium (iudicatum, sententiam) rescindere, obliterare, tollere
 De aliquo ius dicere, administrare, distribuere
 Petitori litem adiudicare, rem controversam addicere
 Secundum petitem iudicare, discernere, pronuntiare
 Aliquid ex aequo et bona iudicare
 Aliquid iudicii lance perpendere
 Aliquid ad exactissimam aequitatis amussim exigere, suo pondere ponderare, pendere, sapienter expendere atque existimare
 Aliquid iusto liberare examine; iusto iudicio ponderare; aequa iudicii lance perpendere; suis expendere momentis; ad rectam iudicii normam dirigere
 Alicuius causam iudicare, disceptare
 Iudicium disceptare, exercere, dare, facere, forum agere
 Iudicio discernere
 Sententiam iudicare

POENA

Pena, Penalty, Peine, Strafe, Pena

Graves de aliquo poenas expetere,
petere, repetere

Alicui graves poenas irrogare

Gravibus poenis aliquem afficere

Aliquem gravibus suppliciis addicere

Aliquem gravi supplicio vindicare

De aliquo grave supplicium sumere

Gravi poena aliquem mulctare

Poenas dare, ferre, luere, sustinere,
capere, suscipere

Ad poenas et supplicia trahi, rapi

In aliquem poenam statuere, comparare, invenire, excogitare, exquirere

In poenis esse, haerere

Poenam non effugere

E poena non elabi

Poena non liberari

Poena teneri

Iudiciorum poenis obligari

Iudicio et legibus dare poenas

Ab aliquo poenas repetere

Poena aliquem afficere

Poenas ab aliquo exigere

De aliquo supplicium sumere

Aliquem ad piaculum noxae obicere

Dannatum supplicio addicere

Ad supplicium aliquem dare

Supplicium de reo sumere

A nocentibus severissimas exigere poenas

Alicuius audaciam severissimis poenis comprimere

De nocentibus severa sumere supplicia

Facinoris auctores ad piaculum noxae obicere

Poenas a nocentibus petere, expetere, repetere

Manum nocentibus admovere et poenas ab iis quam severissimas iudicio persequi

Scelera acerrime vindicare

Poenas nocentibus irrogare

Poenas in fontes capere

Poenas pendere, dependere, persolvere

Poenis legibusque iudiciorum teneri

Poenam habere sceleribus parem

Supplicium de se dare, persolvere

Dignas facinoribus poenas luere

Digna suis factis animadversione affici

Suorum facinorum poenam solvere

Satis severe in aliquem vindicare

Gravius in aliquem consulere

Sua flagitia expiare

Supplicium de aliquo sumere

Aliquem merita poena coercere

Poenas dare, luere, pendere

Debitas poenas persolvere

Debito supplicio multare

Debita poena aliquem afficere

Poenas factis moribusque dignas ferre, sustinere, pati, sentire

Impune alicui non abit

Inultam impunitamque aliquam iniuriam non dimittere

Impune alicui non dilabatur atrox iniuria

Aliquem iudicio, iudicum sententiis damnare

Aliquem immerita damnatione afficere, iniquis iudiciis circumvenire, opprimere

Aliquem falso scelere damnare

Aliquem oblato falso crimine opprimere

Culpam praestare, redimere

Quidquid detrimenti alicuius culpa acceptum est, sarcire, compensare

Noxam multa, luere eluere

Noxae multam luere, solvere, pendere

Noxae facere satis

Multae pensione plecti

Alicui multam (poenam) imponere, inflectere, irrogare, dicere, edicere

Reum multare

Aliquem multa multare, plectere, damnare

Aliquem capitis (capite) damnare
 Aliquem rei capitalis condemnare,
 ultimo supplicio addicere
 Aliquem feris obicere, subicere
 Ad bestias aliquem damnare, mittere
 Aliquem citra causae cognitionem
 condemnare

Ad remum aliquem damnare
 Remo aliquem affigere
 Iniquo iudicio innocentem damnare
 Aliquem triremi (ad triremem) damnare
 Remo publicae triremis aliquem
 affigere, addicere
 Aliquem ad remum dare

CARCER

Carcere, Jail, Prison, Kerker, Carcel

In custodiam aliquem tradere
 In custodia aliquem includere
 Custodia aliquem saeptum tenere
 In custodiis haberi, teneri, retineri
 In carcerem duci, conici, condi, contrudi, compingi
 Obtorta gula in vincula et tenebras abripi
 In ferrum et vincula conici
 Tenebris et vinculis mandari
 In carcerem, ergastulum dari, detrudi, rapi, trahi, includi
 In vinculis aliquem servare
 Custodiis aliquem munire
 In vinculis aliquem cohibere
 Carcere aliquem multare
 Vinculis ac compendibus aliquem coërcere
 In carcerem aliquem mittere
 Squalore carceris vexari
 In catenis teneri
 Custodia aliquem emittere, amittere, educere, eripere
 Vinculis aliquem levare, exsolvere
 Captivos duriter habere

Vinculis aliquem eximere
 Libertate aliquem donare
 In libertatem aliquem asserere
 Ergastula captivis solvere
 Vincula alicui inicere
 Vinculis aliquem adstringere, colligare
 Compedes alicui indere, impingere, inducere
 Vinculis aliquem devincire
 In vincula aliquem ducere, perducere, conicere, dare, concedere, includere
 In carcerem aliquem detrudere, compingere, contrudere, pellere, compellere, duci iubere, mittere, rapere, trahere
 Catenatum (catenis vinctum) carceribus addicere, mancipare, destinare, dedere, adiudicare
 Aliquem vinculis et custodia coërcere, frenare
 Vinctum aliquem ducere
 Aliquem custodiae tradere

IX OECONOMIA

VITA ECONOMICA E COMMERCIALE ECONOMIC AND COMMERCIAL LIFE VIE ECONOMIQUE ET COMMERCIALE WIRTSCHAFTSLEBEN - VIDA ECONOMICA Y COMERCIAL

BONA

Beni, Property, Biens, Güter, Bienes

Multa sibi bona parare
 Multas alicui facultates tribuere,
 parare
 Fortunis alicuius et bonis imminere
 Aliquem bonis exuere, spoliare
 Aliquem avitis possessionibus ever-
 tere
 Bona luxu perdere
 A vita bona (rem familiarem, prae-
 diola sua) brevi obligurire, dila-
 pidare, dissipare, profundere, ab-
 sumere
 Rerum suarum satagere
 Rei familiari operam dare
 Rem quaerere, augere, amplificare
 Rebus suis providere
 Rem suam conficere, deminuere
 Rei familiari naufragium facere
 Maximae facultates sunt alicui
 Amplas opes et copiosas possidere
 Divitiis affluere, abundare, circum-
 fluere
 Omnia bona amittere, perdere, de-
 perdere
 Bonorum omnium iacturam facere
 Bonis omnibus everti
 Ad extremam inopiam redigi, addu-
 ci, compelli, deduci
 Ampla alicui res est
 Multa ab aliquo bona alicui instant,
 imminent, proventura sunt
 Rei familiari vacare, servire
 In divitias incumbere

Studium ad opes dirigere, conferre
 Rem in res vanas consumere
 Inanes sumptus impendere, facere
 Inutili impensa rem consumere,
 conficere, bibere, decoquere, con-
 coquere, dilapidare, effundere,
 pessumdare
 Rem in res inutiles erogare
 Divitias tenere
 Rem familiarem constituere
 De re familiari aliquid detrahere,
 imminuere, adimere
 Opes non exiguas cogere
 Divitias amplas colligere, compa-
 rare
 Magnas sibi fortunae fieri accessio-
 nes
 Copiis divitem, locupletem esse
 Omni copiarum genere abundare
 Maximas sibi divitias esse
 Omnibus fortunae muneribus ins-
 trui, ornari
 Rem bene amplam, uberrimam, co-
 piosam possidere
 Oppido divitem, opulentum, copio-
 sum esse
 Bene paratum, instructum ab opi-
 bus esse
 Opibus valere, pollere, praestare,
 excellere, eminere, affluere
 Re et fortunis auctiorem esse
 Ad ingentes divitias procedere
 A re familiari alicui commode est

A re familiari paratum, instructum
esse
Copiosa alicui res est
A divitiis bene paratum esse
Ad amplas divitias pervenire

Perquam opulentum valde copio-
sum, praedivitem, admodum lo-
cupletum esse
Aliquem locupletare, divitiis auge-
re et locupletare fortunis

CAPUT, BONA « CAPITALIA »

Capitale, Capital, Capital, Kapital, Capital

Rem quaerere, augere, amplificare
De capite, de summa, de sorte ali-
quid detrahare, remittere
Pecuniarum congeriem accumulare
Hominem esse pecuniosum, bene
nummatum, bene a pecunia pa-
ratum, a pecuniis instructum
Pecuniis abundare, affluere
Alicui pecuniae multum est
Multum in arca (in numerato) ha-
bere
Magnam vim auri argentique possi-
dere
In magno aere (in magnis pecuniis)
esse
Pecuniis refertum, copiosum esse
Pecuniam cogere, aggerere, conge-
rere, coacervare, facere
Magnos nummorum acervos cons-
truere, congregare, aggregare, ac-
cumulare, conicere

In magno aere, in magnis pecuniis
esse
Pecuniae alicui multum est
Inopia rei pecuniariae laborare
In magna difficultate nummaria
versari
Pecunia carere
A pecunia imparatum esse
In summa rei nummariae difficul-
tate esse
Multa alicui est pecunia in nomini-
bus
Ingens pecunia est alicui in ali-
cuius tabulis
Grandem pecuniam in rationibus
habere
Multam pecuniam conflare, creare,
redigere
Bene peculiatum esse
Pecuniae multum (magnam vim au-
ri argentique) possidere

POSSESSIONES

Possesso, Possessions, Propriété, Eigentum, Propiedad

Possessionem secundum tabulas
dare
In possessionem ex edicto mittere
In possessionem alienam irruere
In possessionem quasi vacuum et
caducam volare
Pedem in alicuius possessionem po-
nere
Alicuius possessionem occupare
Possessionem habere, tenere
In possessionem aliquid retinere
In alicuius rei possessione esse, con-
sistere, manere

Possessione aliquem expurgare
Possessione cedere, decedere
Possessionem recuperare
Possessionem restituere
Alicuius possessionem adire, inire
In possessionem alicuius venire, se
ponere
Alicuius esse in bonis
Aliquem bonis exuere, spoliare, de-
pellere
Aliquem (de) possessione bonorum
pellere, depellere, deicere, eicere,
expellere, movere, demovere, de-

turbare, exturbare
 Bonis frui
 In possessione bonorum suorum
 stare, manere, consistere
 In alicuius bona pedem ponere, ir-
 ruere, proficisci, venire

De bonis discedere
 Bona retinere
 Alicuius bona usurpare, occupare
 Aliqua bona tenere, possidere
 Alicuius fructus capere

NUMMUS

Moneta, Currency, Monnaie, Münze, Moneda

Pecunia signata, proba, legitimae
 notae
 Nummi adulterini
 Pecunia praesens, numerata
 Pecuniae (nummi) omnis notae
 Nummos cudere
 Nummos adulterinos pro veris dare
 Argentum signatum, percutsum,
 impressum, monetali nota inus-
 tum
 Nummum expedire
 Aliquem nummis instruere
 Alienam pecuniam avertere, in suos
 usus convertere, derivare
 Sui expers ponderis nummus
 Nummi (dupliones) exanimati, li-
 berati, ponderati, expensi

Pecunia lege (legibus) bene (rite)
 parta, bono modo inventa
 Pecunia contra legem (male, malo
 modo) parta, inventa
 Nummos strangulare
 Nummum signare, signo notare,
 insculpere, percutere, ferire, cu-
 dere, monetali typo imprimere,
 sua nota consignare, insignire
 Numismati signum imprimere, in-
 sculpere, indere, inducere
 Moneta aliqua excidit
 Alicuius monetae usus desivit, exo-
 levit
 Moneta aliqua non admittitur, non
 adhibetur, nullo est in usu, usum
 non habet

MERCATURA

Commercio, Commerce, Commerce, Handel, Comercio

Ad mercaturam se applicare (se
 conferre)
 Mentem ad mercaturam faciendam
 appellere
 Totum ad voluntatem mercaturae
 faciendae incumbere
 Mercaturae operam dare
 Mercaturam facere, exercere, profi-
 teri
 Mercatorem agere
 Mercaturae operam dare, navare
 Negotiationi incumbere
 Mercaturis rem facere, quaerere
 Negotiationem exercere
 Ad questuosa negotia (ad mercium

negotiationem, ad mercaturae
 compendium et quaestum) ani-
 mum adigere
 Ad mercaturam exercendam (ne-
 gotia gerenda, administranda, ad
 negotiandum) se conferre
 Ad mercaturae studium adiungere
 Pecuniam exercere, negotiari
 De pecunia mercatum facere, fa-
 citare, mercari, negotium facere,
 agere
 Pecuniam occupare
 Merces exponere, proponere, expli-
 care

NEGOTIA

Affari, Business, Affaires, Geschäfte, Negocios

Multa aliquem circumstant negotia
Res alicui multae tractandae sunt
et curandae

Multis distineri laboribus

Negotiorum mole obrui

Procuratio quaedam multis officiis
implicatum aliquem tenet et con-
strictum

Pluribus curis adstringi

Res suscipere plurimas et maximas

Multis negotiis implicari, detineri

Tument, ut cum maxime, negotia

Occupatissimum esse

Multis quotidie urgeri, impediri ne-
gotiis

Negotium alicui mandare, impone-
re, dare, deferre

In negotium mittere

Negotio aliquem praeficere, prae-
ponere

Negotium suscipere, attingere, con-
trahere, administrare, curare, tra-
ctare, agere, obire, gerere, susti-
nere, expedire, explicare, confi-
cere, cum aliquo transigere

E negotiis emergere

Negotio praeesse

In negotiis versari

Negotia tueri, fugere, deponere

Se a negotiis removere

Negotium invertere

Negotio propediem supremam ma-
num imponere

Negotium propediem ad finem de-
ducere

Operi finem statuere

Rem propediem conficere

Negotio brevi finem afferre

Negotium optato exitu concludere,
terminare

Se ex aliquibus negotiis evolvere

Negotium explicare

Negotii alicuius rationem explicare
et expedire

Negotiis aliquibus se dare

Procuracionem aliquam aversari,
abnuere, detractare

Negotio modum finemque facere,
statuere, constituere

Extrema rei persequi

In negotiis versari maximis

Occupationibus assidue impelli, im-
plicari, distineri, urgeri et oppri-
mi

Negotiis assidue impediri, onerari

Gravissimis rerum susceptarum
oneribus assidue premi et obrui

Occupationibus se relaxare, evolve-
re, expedire, explicare

Vinculo occupationum et assidue
et arctissime adstringi

E negotiis emergere, respirare

Occupationibus vacui temporis ali-
quid eripere

Liberum a negotiis esse

Aliquid otii a negotiis dare, prae-
stare, tribuere

Occupationum vinculum exsolvere,
paulisper, aliquantulum, aliquan-
tisper; nonnihil, aliqua ex parte
laxare

Alicui negotium aliquod legare

Rerum omnium in aliquo negotio
curam alicui demandare, credere

Alicuius fidei ac potestati negotium
commendare

Alicuius rei gerendae procinciam
alicui (ad aliquem) delegare

Alicuius curae negotium credere

Negotium alicui dare

Alicuius fidei rem aliquam concre-
dere

Omnem rem ac causam alicuius
prudentiae tractandam tradere, re-
linquere, transcribere

Negotiorum multitudine opprimi

In multis occupatissimum, disten-
tissimum esse

Multis magnisque negotiis premi

Magnis, multis, gravibus negotiis
impediri, irretiri, occupari

Aliquem negotio implicare, irreti-
re, illaqueare, onerare

A negotiis vacare (negotiis)

Negotio se expedire, se exsolvere,

se solvere
 Alicui urgens negotium iniungere,
 deferre, mandare
 Alicui subitae operae negotium im-
 ponere
 Rem ad exitum perducere, deduce-
 re
 Rem susceptam conficere, perfice-
 re, absolvere, optato exitu con-
 cludere, exitu felici terminare
 Negotium defendere, procurare
 Multis negotiis involvi, distringi,
 immergi, operiri, obvinci, devin-
 ci, obssapiri, intricare, oppleri, il-
 ligari
 Magna et multa aliquem negotia
 circumvallant circumstant, cir-
 cumsistunt, obsaepiunt, cingunt,
 obsident, premunt, urgent
 Alicuius res pessimo in loco (incli-
 natae) sunt
 In deteriorem partem (statum) ali-
 cuius res delapsae sunt
 Res accisae (abscissae) alicui sunt
 Alicui negotio indormire
 In negotio indormiscere, indormire

Negotio occurrere, providere, pro-
 spicere
 Rem studiose sibi sumere, cupide
 amplecti, studiose curare, procu-
 rare, procurandam suscipere
 Negotiis emergere, sese extricare,
 explicare, se exuere, liberare
 Ex negotiorum labyrinthis exire
 Se ex negotiis excutere
 Se ex negotiorum fluctibus emoliri
 A negotiis seipsum vindicare, asse-
 rere, absolvere
 Ex negotiis eluctari, enatare
 Negotium enodare, excutere, extri-
 care
 Finem alicui negotio constituere,
 afferre, facere, manum, fastigium
 imponere
 Alicuius negotii absolutionem per-
 ficere, extrema persequi
 Ad umbilicum rem perducere
 Ad metam (ad exitum) negotium
 perducere
 Rem ad fines exequi, perducere, ad
 exitum deducere

PACTIONES

Contratto, Contract, Contrat, Vertrag, Contrato

Pactionem conflare, facere, confi-
 cere
 Cum aliquo ad pactionem venire
 De pretio cum aliquo transigere
 Pactione se obstringere, obligare
 ad pactiones descendere
 Cum aliquo depacisci
 Ad pactionem adire, accedere
 Pactione aliquem sibi obstringere
 obligare
 In pactione manere
 A pactione recedere
 Conventis, pactis stare
 A pacto et constituto pretio non
 recedere
 Conditione cum aliquo pangere, de-
 cidere
 Quod pactum, transactum, deci-
 sum est praestare
 In conditione atque pacto manere

Fiduciam accipere, tenere
 Nomina facere
 Promisso teneri
 Promissorum vinculis obstringi
 Fidem suam obligare et obstringe-
 re, dare, interponere
 Se omni execratione devincire
 In aliquid data et accepta fides est
 Promissionem vim foederis habere
 velle
 Aliquid fide sancire
 Data ultro citroque promissa con-
 firmare
 Foedus cum aliquo iungere, sanc-
 ire, pacisci
 Societate ac foedere se illigare
 Foedus ferire, icere, percutere, age-
 re, peragere
 Foedere aliquem sibi adiungere
 Foedus ac societatem inire

Foederibus cum aliquo fidem de-
vincere
 Societatem cum aliquo coire
 In foedus transire
 Foedus cum aliquo pangere, iunge-
re, pacisci, sancire, conflare
 Inter socios amicosque pacto foe-
dere adscribi
 Ultima pro fide experiri
 Foedus infirmare, negligere, viola-
re, frangere, rumpere
 Fidem prodere
 Conventiones pactionesque pertur-
bare
 Pacta ac conventa convellere, re-
scindere, irrita ac vana facere
 In ius aegrum accipi
 Societatem facere
 Foedus agere
 Foedere coniungi
 Inter socios amicosque pacto foe-
deris adscribi
 Pactis, conventis non stare
 In fide stare, perstare
 Fidem tenere, retinere
 Fidem suam liberare, solvere
 Promissis stare
 Fidem integre exsolvere, exonerare
 Fidem salvam praestare
 In pactione non manere
 Pactionem turbare
 A pactione recedere
 Contra pactionem facere
 Pacta conventa rescindere, infrin-
gere, violare, labefactare
 A pactione abire

Fidem suam alicui probare
 Promissa servare, solvere, persol-
vere, exsolvere, efficere, exitu
confirmare
 Fidem, promissa fallere
 Inania, irrita promissa reddere
 Fidem mutare, deserere
 Fidei deesse
 Promissum, fidem frangere
 A pactis promissisque discedere,
recedere
 Promissis teneri
 Cum aliquo pacisci, stipulari
 Rem cum aliquo contrahere
 Cum aliquo pacisci, pactionem fa-
cere
 Pactum cum aliquo interponere
 Pactione cum aliquo convenire
 Conditionibus stare
 In conditionibus manere
 Pacta et conventa servare
 A conditionibus abire, discedere
 Conditiones respuere, reicere, repu-
diare, recusare, rescindere, diri-
mere
 Ad conditiones pactionesque obla-
tas accedere
 Ad conditiones adduci, se accom-
modare
 Conditionibus se adstringere
 Conditiones alicui imponere
 Certas leges alicui definire, circum-
scribere
 Alicui leges ferre, statuere
 Aliquem conditionibus adstringere

MERCES

Salario, Salary, Salaire, Lohn, Salarario

Laboris praemia ferre, capere large
cumulateque
Alicuius operae merces exstabit sa-
ne cumulata
Operae mercedem dare, persolvere
Operae pretium suae ferre
Operae pretium habere
Mercede donari promissa
Mercedem laborum constituere,
promittere, proponere
Mercedem exigere, dare, tribuere,
solvere
Mercedem accipere, recipere

In loco mercedis numerare
Mercede docere, agere
Quidquam officii praestare, nonni-
si mercedula adductum, evoca-
tum
Alicuius opera cessat sine manu-
pretio
Aliquem remunerare (remunerari)
Alicui laboris mercedem (praemi-
um) reddere, deferre, persolvere
Alicuius labores compensare
Cuipiam stipendiumolvere

ARGENTARIA

Banca, Bank, Banque, Bank, Banco

Usurariam argentariam facere, ex-
ercere
Negotialem argentariam (danistam)
agere
Mensarium agere
Mensam exercere
Trapezitam esse
Scriptum argentarii alicuius, muni-
tum chirographo ad pecuniae per-
mutationem (syngraphum curan-
dis monetaria permutatione pe-
cuniis) sibi procurare
Syngraphum ad necessariam sum-
mam accipiendam ex permuta-
tione publica ad creditorem suum
mittere
Ex mensarii syngrapho ad credito-

rem suum transmisso, sibi debi-
ta ab aliquo pecunia numerabi-
tur
Syngraphum curandis alicui mone-
taria permutatione pecuniis
Alio mille nummos permutatione
curare
Summam aliquam cuipiam mensa-
ria mutatione destinare
Mensarii usuris argentum alio mit-
tere
Mensario foenore pecuniae summam
alio submittere
Alicui nummos (argentum) scribe-
re, rescribere
Alicui pecunia ex permutatione de-
betur

MUTUUM ET USURA

*Prestito e interesse, Loan and interest, Prêt et intérêt,
Darlehen und Zinsen, Préstamo y interés*

Ingravescente fenore aliquem liberare
Fenebrem rem levare
Multis feneribus aliquem constringere
Aliquem fenore perpetuo trucidare
Usuram cum fide pendere
Argentum iniquissimo fenori dare, locare
Pecuniam gravissimo fenore sumere
Grandi fenori aliquid accipere
Pecuniam centesimis fenerari
Pecuniam exercere
Pecuniam apud aliquem fenore occupare
Pecuniam in fenore habere
Usuram ab aliquo accipere
Usuram ex pecunia percipere
Pecunia praediorum certat cum usuris
Sors fit ex usura
Leviorem usuram constituere
Fenus deminuitur
Pecunia otiosa iacet
Pecuniam alicui gratuitam dare, proponere
Pecuniam alicui sine usuris (sine fenore) alicui credere
Pecuniam fenori dare, occupare
Pecuniam mutuo credere (mutuam) utendam dare, commodare
Nummos exigendos ad quaestum alicui offerre quaternos (quinos, senos etc.) in centenos
Pecunia stipulato foedere ab aliquo postulare
Ab aliquo vehementer petere ut pe-

cuniam quaestu (fenore) apud aliquem occupet, exerceat, alicui det exercendam
Pecuniam fenori (fenore, pecuniam feneraticiam) ab aliquo sumere, accipere
Pecuniam ab aliquo sibi curare, procurare
Usurarium (fenerarium, fenerativum) hominem adire
Nummos magno anatocismo ab aliquo sumere
Argentum ab aliquo feneraria formula contrahere, pacisci
Res suas in foenebre compendium (in usurarium quaestum) apud aliquem convertere
Nummos pactis usuris alicui credere
Pecuniam stipulato fenore cuipiam dare
Nummos in quaestum exigere, conferre quaternos, senos in centenos
Pecuniam foenerari
Annuas usuras perpetuo anatocismo ducere
Usuram quotannis in sortem contribuere
Pecuniam maximis usuris foenerari (fenerare, foeneri dare)
Immodicis impendiis fenus exercere
Immodicum fenus ab aliquo accipere, exigere
Alicui pecuniam fenori maximo dare dare

CUSTODIA

Deposito, Deposit, Dépôt, Einlage, Dépósito

Suae pecuniae custodiam credere alicui, committere
Nummos alicui asservandos credere

Pecunia alicui multa est in nominibus
Ingens pecunia iam alicui in alienis tabulis est

Grandem iam pecuniam in rationibus habere
 Pecuniam apud aliquem ponere
 Pecuniam alicui cedere, mandare
 Pecuniam alicuius fidei committere, credere, concedere, fidere, tradere
 Alicuius in fide (in fidem) magnam argenti vim ponere, deponere
 Nummos apud aliquem ponere, re-

ponere, depositos habere, repositos asservare
 Nummos alicui custodiendos dare, servandos tradere
 Pecunias idoneis nominibus (graviores fenore) collocare
 Pecuniam depositam recuperare
 Pecuniam in fide publica (in fidem publicam) deponere
 Aurum in publicum deponere

TRIBUTA

Tributi, Taxes, Contributions impôts, Steuern, Tributos

Tributorum descriptionem indicere, edicere, praescribere, firmare, imperare, iniungere, irrogare
 Vectigalia alicui imponere
 Vectigalia pendere, pensitare, numerare, solvere
 Vectigalem fieri
 Vectigali immunem se facere, se eximere, se liberare, se vindicare
 Tributum solvere, pendere, conferre
 Vectigal indictivum ita adauctum est, ut fenus prope omne publico (rei publicae) cedendum sit
 Vectigal in ostia (ex ostiis) tributum ostiarium) onerosissimum impositum a municipibus est

Tributum in capita (capitis, ex capitibus singulis) alicui constituere
 Eo devenitur, ut capitatio quoque exigatur
 Multis tributis obrui
 Ad fiscum provocare
 Iura sua contra fisci asseverationes tueri, roborare, solide statuere, valide constituere, egregie stabilire, obfirmare
 Discrepantiam (dissentionem, controversiam) inter se et fiscum componere, conciliare, ad concordiam adducere
 Vectigalia exigere, cogere
 Tributum dependere, pernumerare
 Vectigal alicui remittere

EFFUSIO

Sperpero, Squandering, Gaspillage, Verschwendung, Derroche

Adesa, devorata pecunia, opes pristinas abligurire, per luxuriam effundere ac consumere
 Rem veterem recentemque comedere, devorare, decoquere
 Opes luxu haurire
 Rem domesticam lacerare, disperdere, confringere
 Pecuniae ingentem vim in conviviorum luxum profundere
 Opes atterere et dissipare
 Res aliquem et fides deficere coeperunt

Res alicui per luxum dissipata periit
 In deliciis omnia sua disperdere, per luxuriam effundere
 Patrimonii census mergere, dilapidare
 Rem suam perdere, consumere, in luxum erogare
 Rem summis suorum maiorum laboribus partam, quaesitam, comparatam, congestam inaniter conficere
 Patria bona lacerare, abligurire

Omnes et industriae et fortunae
fructus consumere
Pecuniam suam per luxum effunde-
re, dilapidare, devorare, comedere,
adimere, exhaurire, profundere
Profusis sumptibus vivere
Magnum sumptum insumere, sibi
inducere, afferre
Nullui sumptui parcere

Eximium sumptum impendere, in-
sumere, ponere
Splendido cultu patrimonium vexare
Patrimonium diffundere, conficere,
deglutire, absumere, absorbere
Paterna bona lancinare
Non umquam reputant quanti sibi
gaudia constant; sed velut exhaus-
ta recidivus pullulet arca
Uttere divitiis sed ne videaris abuti

DECOCTIO

Fallimento, Bankruptcy, Faillite, Bankrott, Quiebra

In magno decoquendi periculo ver-
sari
Rationes conturbare
Rem creditoribus decoquere
Mensarias rationes creditoribus re-
nuntiare
Sortem et fenus renuntiare

Caput et usuras renuntiare
Nomina fidei et creditoribus re-
nuntiare
Crediti expediendi pecuniam credi-
toribus renuntiare
Fidem publicam conturbare, deco-
quere

X

VITA AGRICOLA

VITA AGRICOLA - AGRICULTURAL LIFE
 VIE AGRICOLE - LANDWIRTSCHAFT - VIDA AGRICOLA

ANNI TEMPORA

Stagioni, Seasons, Saisons, Jahreszeiten, Estaciones

Quattuor anni tempora
 Quattuor temporum mutationes
 Quadripertitae temporum commutationes
 Temporum maturitates
 Tempestas init, exoritur, primum oritur
 Tempestas exit
 Tempestas extrema, postrema, ultima
 Ver iam appetit, apparet
 Dies halcyonides (halcyonei, halcyonii)
 Aestate adulta, media
 Aestas praefervida, nimiis caloribus et inusitatis torrida, saevissime candet
 Autumnale aequinotium instat
 Hiems obrepit, inhorrescit, remittit
 Autumno ineunte, medio, extremo
 Autumnale anni tempus
 Autumnali tempore
 Autumni principium, initium
 Autumnus inceptit, esse coepit
 Maturae sunt hiemes
 Hiems adulta media
 Mediae (summae) hiemis acerbitas, asperitas, inclementia, gravitas

Hiemem tolerare
 Hiemem iniucunda, tristi et odiosa uti
 Hiems nive saeva et omni tempestatum genere insignis
 Hiems est taeterrima et foedissima
 Vis frigorum hiemsque vix urbis tectis sustinentur
 Tempus brumae est asperrimum, praegelidum, nivale
 Annus hiems gelida et nivosa est adeo, ut viae clausae, flumina innavigabilia sint
 Hiems, qua nihil horribilius, arbores, quae rigoribus obnoxiae erant, deussit omnes
 Ver iam appetit, apparet
 Ver se aperit, se adventat, recurrit
 Primo vere, medio vere
 Ver adolescit
 Vere adulto, affecto, senescente, se circumagente, extremo
 Aetatem attingere, inire
 Aestate prima, nova, ineunte
 Aestatis non multum superesse
 Aestas in exitu est
 Aestate prope acta, iam affecta, prope confecta, iam extrema, iam exeunte

CAELI TEMPERATURA

Temperatura, Temperature, Température, Temperatur, Temperatura

Infertum, magnum et aere frigus
 Frigus gliscit, invalescit, convalescit, ingravescit

Acrior ubique vis frigoris afflat e montibus
 Maxime frigit

Frigus saevit
 Vehementer alget
 Coelum valde friget
 Frigore omnia rigent, horrent
 A frigore laborare; tempestas est
 perfrigida (praefrigida)
 Frigoris vis imbres concreto gelu
 adstringit
 Frigore obrigescere
 Magnitudo frigorum tanta est, ut
 corpora incolarum, quamvis pa-
 tientia algoris, obrigescant
 Algore congelare, congelare, con-
 gelari, confici
 Artus vi frigoris amburantur
 Vix frigus in tectis ipsis declinatur
 Frigus se remittit
 Frigoris asperitatem mitigare
 Brumae acrimoniam temperare
 Vis frigoris depellitur
 Magnus aestus afflat, perflat
 Intendit se calor, ingravescit, incre-
 scit, invalescit
 Aestivi sideris calores graviores
 aestu exardescunt, effervescunt,
 invalescunt
 Ingentes sunt calores
 Aestus sunt immodici
 Caloris vis est maxima
 Aestivi caeli ardores sunt maximi
 Calorem contrahere, concipere, im-
 bibere
 Calore ardere
 Maxime calere
 Ab aestu fervere
 Aestu immodico laborare

Maximum habere calidum
 Calores immensos (maximos) habere
 Vehementi calore torreri, cruciari
 Aestivis caloribus (ardoribus) ferve-
 re, aestuare
 (Ab) vi aestu (caloribus) laborare
 Solis radiis torrendum se praebere
 Aestuosum imprimis coelum est; ab
 aestu fervet
 Aestus intemperie flagrat
 Caelum fervet, aestuat, ut cum ma-
 xime
 Aestuat nimis caloribus aër
 Aestivi calores, aestatis ardores sunt
 intentissimi
 Sol omnia incendit
 Menses incidunt ardore solis fla-
 grantissimi
 Vapore solis omnia torrentur
 Immodicis caloribus torretur pars
 anni ferventissima
 Calor remittit, remittitur, se remit-
 tit, mitescit, se frangit, solvitur,
 cadit
 Caloris molestia sedatur, frangitur
 Languescit iam flagrantis caeli ar-
 dor et sensim defervescit; defla-
 grant tandem aestivi calores, tem-
 perantur, sedantur, leniuntur, mi-
 tiganur
 Tempus anni gravissimum deferve-
 scit
 Inclinata iam aestas nimios caloris
 ardores defendit, caloris incom-
 moda propulsat

FERTILITAS ET ABUNDANTIA

Fertilità e abbondanza, Fertility and abundance,
Fertilité et abondance, Fruchtbarkeit und Überfluss,
Fertilidad y abundancia

Agrum fertilem reddere
 Agro faecunditatem dare, conferre,
 afferre, importare
 Terra egregie parata, circumfluens;
 redundans, faecundia, fertilis, fe-
 rax, frugifera
 Ager fertilis natura, cultu fructuo-
 sus
 Agellus nobilissimae fertilitatis

Abundans amnium copia rerum
 fundus
 Arvum pinguisimum et pabuli fer-
 tile, idemque crebris fontibus ri-
 gatum
 Tam uber et pingue solum est, ut
 repelli a partu pecora dicantur,
 ne satietas perimat
 Copiosus ager et opimus, quique et

ubertate et varietate frugum facile omnibus terris antecellat
 Uberrimum gignendis uvis solum
 Campus frugum fertilis, quem cum obsitum videas, annonae caritatem non vereare
 Fundus frugum copia affluit
 Egregiam frumentationem esse
 Rem frumentariam expeditam esse
 Tellus abundantiam gignit, suppeditat genus frugum
 Laetissima est ubique frugum ubertas

Ager fructibus scatet, abundat, fluit
 Ager copia rerum saginat accolae
 Ingentes frumenti acervos sustulerunt coloni
 Magna est soli benignitas ad maturandas fruges
 Magna vi, innumerabili frumenti numero, ingenti frugum modo urbs instruitur
 Demessis segetibus, summa annonae vilitas exstitit

SICCITAS ET FAMES

Siccità e carestia, Drought and famine, Sicité et famine, Trockenheit und Mangel, Sequía y carestía

Agros steriles exurit Sirius
 Ceres sterilem vanescit in herbam
 Agrorum sterilitate vexari
 Arescere herbae et interfici incipiunt
 Siccis aër fervoribus canduit ustus
 Aret succis ademptis tellus
 Sitiente solo omnique humore ventis solibusque deterso, fruges, segetes exaruerunt
 Adversus annus frugibus est
 Annus est inopia frugum ac siccitate insignis

Frumentum hoc anno angustius provenit
 Noxia hoc anno frugibus intemperies incidit
 Siccitate accrescunt rerum pretia
 Annonae sterilitas incessit hominibus
 Re frumentaria laborare
 Siccitate hoc anno laboratum est, nec caelestes modo aquae defuerunt, sed terra quoque ingenito humore egens, vix ad perennes suffecit aquas

IRRIGATIO

Irrigazione, Irrigation, Irrigation, Bewässerung, Riego

Ex ipsis montis radicibus profluens effunditur
 Amnis originem in monte habet
 Fontes vastissimi fluminis in montis iugo sunt
 Praealto ex monte (ex summo montis) amnis decurrit, editur, devolvitur, defluit, excurrit
 Fluvius oritur fonte ad radices montis conspicuo
 Visendis ad montis radices fontibus flumen profluit, erumpit

Mons flumen non uno ore emittit
 Mons flumini duobus fontibus iter aperit
 Fluvium praealtae coërcent ripae
 Fluvius praeruptis ripis clauditur, cingitur
 Fluvius inter praealtas utrimque ripas decurrit
 Citatum fertur flumen
 Flumen vires suas concitat, rapido impetu decurrit, rapide fluit, delabitur

Fluvius undas agit magna vi et mole
 Flumen per agros fluit
 Fluvius agros secat, alluit, prae-
 fluit, subfluit
 Amnis agros dispescit, dividit, di-
 rimit, distinguit
 Fluvius in varios amnes diducitur
 Flumen in plures dividitur alveos
 Fluvius campum alluit, prae-fluit,
 subluit
 Flumen per agros fluit
 Flumen agrum praeterlabitur
 Agellum profluens dividit, dirimit,
 distinguit, oberrat, secat, dispe-
 scit

Late circumiectos agros flumen per-
 vagatur, praelabitur, interfluit,
 oberrat
 Fluvium avertere, contorquere, de-
 flectere, arcere
 Flumen ab alveo abducere, defle-
 ctere, aliquo derivare
 Fluvium late campos inundantem
 ad modestiam veteresque ripa-
 rum leges revocare
 Fluvii in mare excurrunt, illabun-
 tur, devolvuntur, effunduntur, se
 exonerant, se eiciunt, se evolvunt,
 se effundunt, in mare decurrunt

ARBORES

Alberi, Trees, Arbres, Bäume, Arboles

Ramos fundere, effundere, mittere,
 emittere, edere
 Arborem deponere, pangere, serere,
 obserere, transferre, transponere,
 transducere
 Arbor aliqua fundendis foliis emi-
 cat, in frondes, foliis se induit
 Arbores frondent, frondescunt, ver-
 nant, frondes, folia induunt, folia
 gemmas agunt
 Arbores frondibus abundant
 Arbores folia dimittunt; foliis exu-
 untur, mandantur
 Arborem inoculare, inoculatione in-
 serere
 Surculum arbori inserere
 Calamum (gemma) arbori (in ar-
 bore, in arborem) inserere
 Terebratione (terebrato caudice)
 inserere
 Corona (coronaria insitione) con-
 serere
 In fissum (in fissuram; ad, in me-
 dullam) inserere
 In surculata gemma (in decerptum
 germen) inserere
 In perticam (perticali satu) inse-
 rere
 Surculis (calamis) inserere
 Alburno (in alburnum, intra librum,

ad corticem) inserere
 Obliqua fissura inserere
 Aliquae arbores biferae, triferae
 sunt; bis, terque fructus quotan-
 nis pariunt, ferunt, afferunt, e-
 dunt
 In quincuncem arbores disponere,
 metare, dirigere, describere
 Arborem aggerare, operire ac obru-
 ere
 Arborem putare, deputare, expur-
 gare, tondere, attondere, detonde-
 re
 Arboris ramos defringere, restrin-
 gere, destringere, amputare, ex-
 putare
 Arbores ramis diminuere, decurta-
 re, detruncare
 Supervacaneos arboris ramos ab-
 stergere, detergere, decidere, de-
 secare
 Arborem ramis densiorem colluca-
 re, sublucare, opacitate liberare
 Arborem resicare
 Arbustam, arboreum, locum arbu-
 stivum facere
 Locum arbustare
 Solum arboribus consilium (conve-
 stitum) facere
 Silvulam, nemus constituere

FRUCTUS

Frutti, Fruits, Fruits, Früchte, Frutos

Fructus significare et ostendere futuros	pere, capere, percipere, accipere, referre, haurire
Fructum pluribus ramis ferre	Fructum dare, emittere, fundere
Arbor fructu induitur	Alternis annis fructus edere
Fructus caduci et pendentis, aestivi, hiberni et praecoces	Fructus alternare
Arbores graves et plenae integro fructu	Pomis se induere
A bima aut trima fructum ferre incipere	Quotannis solum aliquod novis frugibus induitur
Fructum ex se sine cultu hominum edere	Ager omnis generis fruges profundit, procreat
Fructus decerpere, condere, conveyere, gignere, mittere, creare, reddere, demetere	Terra fruges fundit
Arbores quaedam fructus alternant	Fructus creare, gignere
Fructus colligere, legere, cogere, car-	Pomis se arbor induit
	Arbores fructum pluribus ramis ferunt
	Solum aliquot novis frugibus se induit

DOMESTICA ANIMALIA

Animali domestici, Domestic animals, Animaux domestiques, Haustiers, Animales domésticos

Ova gallinis supponere	calcaribus permittere
Ova ovis incubare	Equo calcaria subdere, subducere, submovere, adhibere, admovere, fundere, addere
Ex ovis pullos excludere	Equum calcaribus concitare, agitare, admovere, stimulare, iactare, premere, urgere
Gallinarius ova cognoscit	Equo calcaribus instare
Canis sollicitum animal	Equi latera calcaribus fodere, premere, urgere
Canum fida custodia	Equi habenas adducere, reducere, adstringere, restringere
In venando canum alacritas	Subductis nodo loris equum coercere
Incredibilis ad investigandum canum sagacitas	Equum phaleris caeteroque instrumento ornare
Canem in feram immittere, emittere, admittere	Equum instrato integere, instrumento munire
Caninum cubile, cella (hara) canaria, stabulum canarium	Ex equo defluere, decedere, descendere; desilire; equo delabi
Equum ascendere, conscendere, inscendere	Equo nudo (vacuo) equitare
In equum insilire, inferri, imponi, subici	Ubera lactea vaccae remittunt
Equo vehi, vectari, sublimen ire; in equo ferri	Cytiso pastae distendunt ubera vaccae
Subditis calcaribus, effuso cursu ire, ruere, proruere, provolare	Caseos facere, figurare, coagulare
Equum condocere, docere, exercere, tractare, facere, instituere, erudire, domare, temperare, moderare, moliri	Villa abundat porco, haedo, apro, gallina
Equi cursum incitare	
Detractis frenis equum concitatum	

XI

VITA MILITARIS

VITA MILITARE - MILITARY - VIE MILITAIRE
MILITÄR - VIDA MILITAR

EXERCITUS

Esercito, Army, Armée, Heer, Ejército

Exercitum scribere, conscribere, colligere, cogere, parare, comparare, conflare, facere, conficere

Copias cogere, comparare

Militarem manum facere, cogere

Ingentes peditum equitumque copias contrahere

Exercitum supplere, augere, multiplicare

Exercitui supplementum scribere

Legiones supplementis integrare, reficere

Probe ornatum auxiliis exercitum habere

Copias habere et genere et numero et fidelitate praestantissimas

Exercitum censere superbissimo ductu, durissima conquisitione collectum, veteranum, robustum, valentem, victorem

Magnam manum pedestrium et equestrium copiarum habere

Exercitus numero exiguus, firmitate amplissimus

Peditum equitumque nubes dux iactat, sed exercitus est tiro et collecticius

Numerosam quidem trahit manum, sed naufragorum eiectionem ac debilitatam

Exercitum lustrare, recensere; ducere, ductare; traicere; deponere, dimittere, dissipare

Pedibus stipendia facere

Pedestria stipendia facere

Pedibus merere

Equitum turma; equitum manus; equites desultorii, dimachae, loricati

Exercitum contrahere, instruere

Aciem ducere, regere, moderari, administrare

Exercitui praesaepe, praefici; praeponi

In aliquem locum exercitum inducere, obducere

Copiarum numerum inire

Copias praemittere, movere

Exercitum dissipatum restituere, redintegrare, reparare

Suis stipendiis exercitum alere, fovere, sustentare

Aciem apparare, explicare

Copias exercitus dissipati colligere, cogere

Dispersas copias cogere ac congregare

Aciem restituere

IMPERIUM

Comando supremo, Supreme command, Commandement suprême, Oberbefehl, Comando Supremo

- Imperatorem exercitui praeficere, ducem veteranum, bello fortissimum
- In summo imperatore inerat scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas
- Imperator ac belli gerendi administrator is erat, qui patriae consuleret, vitae non parceret
- Universi exercitus acclamatione imperatorem salutare
- Imperator, cui summa belli administrandi permissa est; penes quem in gerendo bello summa imperii est; bello gerendo cum summa potestate praefectus; princeps ducum militarium; dux delectus ad bellum gerendum; ad quem summa imperii bellici reddit, translata, delata, mandata est
- Supremus castrorum praefectus
- Rei tormentariae cum imperio praefectus
- Supremus vigiliarum praefectus; vigiliis cum summa potestate praefectus; aciei structor
- Praetor, iudex causarum militarium supremus
- Delecti ordinum militarium praefecti; ordinum militarium duces, princeps
- Exercitibus summa cum laude praeesse
- Copias admirabili rerum bellicarum scientia ducere
- Dux erat bellica laude, bellica virtute, altitudine animi, felicitate ante alios conspicuus
- Dux a natura usuque callidus et acutus
- Magnam habet rei bellicae prudentiam
- In bellicis rebus summo studio et intelligentio esse
- Imperatori nihil in bello novum, peregrinum, improvisum accidere potest
- Nulla res est in usu militari posita, quae ducis scientiam fugere possit, quando genus nullum belli est, in quo illum non exercuerit fortuna
- Peritum ad usum atque disciplinam belli esse
- Sapiens imperator copias in praecipitem locum temere non committit
- Non est committendum sapienti duci, ut in aleam casus ancipitis se remque publicam det
- Militum animos ad decus aemulandum accendere, incendere
- Animis militum calcar addere
- Militibus fortitudinem inspirare; stimulos admovere
- Milites stimulis concitare
- Exercitum cum potestate obtinere, administrare, tenere
- Supremam (praetoriam) potestatem in exercitu gerere
- Exercitus habere imperium
- Exercitui imperare, praesidem esse
- Exercitus praetorem esse
- Imperium in exercitum habere
- Ductorem esse copiarum nemini secundum

MILITUM VIRTUTES

*Virtù militari, Military virtues, Vertues militaires,
Militärische Tugenden, Valor militar*

Miles incredibili virtute atque
|exercitatione in armis est
Vir disciplina militari nobilitatus
Militaria munera accuratissime
obire
Militaris disciplinae admodum pe-
ritum esse
Miles usu belli praestans
Vir bello armisque unice factus
Vetus miles manu strenuus et om-
nes militiae artes edoctus
Miles bello florens ac impiger
Pericula miles non dubitanter adit
In extremo discrimine et dimica-
tione fortunae, in cotidianis capi-
tis insidiis, in maximis difficul-
tatibus sui perinde similis, in lo-
cum quemvis praecipitem non
dubitatur se committere
De vita et ornamentis suis fortis-
sime decernit

Quidquid urget periculi, minime
exhorrescit
Acerrimum se patriae libertatis de-
fensorem praebere, praestare, o-
stendere
Patriae hostibus suum saepe corpus
opponere, obicere
Pro patria strenue et summa cum
fortitudinis laude pugnare
Multa proelia pro patria sustinere.
Vires omnes ad patriae salutem
conferre
Pro salute patriae defendenda nullum
laborem, nullum capitis, discrimen defugere
Strenuum militem se praestare, se
praebere, se probare, se exhibere
Praestantis militis partes tueri, su-
stinere, agere, exsequi, explere,
repraesentare
Militis officia cumulare
Bellicis studiis incendi

ARMA

Armi, Arms, Armes, Waffen, Armas

Galeam habilem, cristisque deco-
ram induere
Galeam adstringere
Summam excutere vertice cristam
Cassidem in caput sumere, de ca-
pite deicere
In campum cum lata insignique lo-
rica descendere

Loricam humeris circumdare
Humeros clypeo claudere; sub orbe
clypei tegere
Ictus clybeo excipere
Scutis protegere corpora longis
In hostem cum ferro invadere
Ferro aliquem aggredi

- Ense pectus recludere; ensem alicui in pulmone recondere
 Gladium cnodere, vaginae reddere
 Alicuius latus sica confondere
 In alicuius corpore sicam defigere
 Sicam alicui de manibus extorquere
 Cruentum alte extollere pugionem
 Pugionem prae se scintillantem ferre
 Pugione aliquem percuotere, fodere, ferire
 Alicuius femur infesta lancea transicere
 Hastis ora hostium fodere
 Hastam torquere, iactare, abicere
 Arcum in aliquem dirigere
 Spicula arcu dirigere
 Telum aliquem intendere, emittere, immittere, conicere
 Eo graviores habent emissiones tela, quo sunt contenta atque adducta magis
 Sagittas emittere
 Engentem vim sagittarum infundere
 Plerosque iacula, tormentis aut manu emissa, vulnerabant
 Marum iaculo traicere
 Tormentis muros verberare, quatere, disturbare, labefacere, labefactare
 Tormenta in muris disponere
 Tormento missa tela in hostium cuneos conicere
 Tormentis, hastas, saxa et faces ingerere
 Oppidum ballistis atque catapultis oppugnare
 Catapultis sagittas, balistis saxa emittere
 Imos muros ariete percuotere, pulsare
 Saxa vectibus promovere, praecipitataque in musculum devolvere
 Cuniculis subtegere aggerem
 Cuniculis moenia subruere, suffodere
 Cuniculo urbem capere
 Impedimenta abdere, in tuto collocare
 Impedimenta diripere
 Impedimentis hostes exuere
 Hostium impedimentis potiri
 Legionem sub sarcinis adoriri
 Sarcinis milites gravare
 Commeatum parare, mittere, subvehere, devehere, portare, supportare
 Commeatus copiam subministrare
 Commeatus intercludere, intercidere
 A commeatu hostes intercludere
 Hostes a commeatu prohibere
 Vexillum proponere
 Vexilla submittere
 Datur cohortibus signum, cornuaque et tubae concinuerunt
 Tuba signum dare, atque in hostes impetum fieri iubere
 Milites iam incurrentes tuba revocare
 Cornicines tubicinesque in equos impositos canere ante vallum iubere
 Bellicus tubicen aere canoro signa dedit
 Arma capere, sumere, induere
 Armis se accingere, instruere, munire
 Ad arma concitare, ciere, conclamare
 Galeam sumere
 Clipeo corpus protegere
 Hastam vibrare, torquere, iactare, abicere
 Cum lorica in campum descendere

ULTIMA PUGNA

*Battaglia finale, Final battle, Bataille finale, Endkampf
Batalla final*

Manus consertae comminus cum
hoste, signa collata, tandem ad
universae rei dimicationem ve-
nire

Iam ad manus, ad gladios, ubi Mars
est atrocissimus, venit

Peditum acies ingenti vi confligit
Cruenta denique pugna depugnare
Suis ipsi corporibus milites certa-
mina miscuere

Tumultuoso ac minaci pugnae ge-
nere decertare

Ab ultima spe dimicare

In summam totius spei decertare

Aleam universi certaminis iacere,
subire

Discrimen universi belli uno proe-
lio facere

In discrimen summae rerum pu-
gnare

Ad ultimam dimicationem res venit

Omne periculum adest

Ultima vis paratur

Res in summum discrimen adducta
est

Res nostrae in praecipiti et lubrico
stant

Res in summo periculo versatur, in
periculo haeret

Periculis undique cingi, premi, in-
cludi

Ab omni parte instant, impendent,
imminent nova pericula

Periculi plus satis contractum est
uti in singulas horas capite dimi-
candum sit nostro

Inter tantas fortunae minas de vita
dimicandum est

Infrequens iam erat hostilis acies
Nudata erat magna sui parte hosti-
lis acies

Ex hostili exercitu magna pars de-
fluxerat; dilapsa erat

In hostium acie summa erat infre-
quentia

EXPUGNATIO

Conquista, Conquest, Conquête, Eroberung, Conquista

Urbem in deditionem accipere, re-
cipere

In deditionem suam urbem redi-
gere

Oppidum sub ditionem suam su-
biungere

Provinciam totam suae ditioni fa-
cere

Regionem universam ad imperium
suum adiungere

Populum in potestatem suam (sub
imperium suum) redigere

Ad singula oppida arma circum-
ferre

Povincia aliqua universa potiri

Omnes circum vicos ditione com-
plecti

Alicuius provinciae dominatum oc-
cupare

Alicuius provinciae urbes armis sibi
asserere, vindicare

Oppidum subigere; suae ditionis
facere, ditioni suae adicere

Ex agris ingentes praedas milites
egerunt

Quidquid ferri agique potuit, id to-
tum praedae fuit militibus

Ex hostium domibus ingenti praeda
milites potiti, locupletati sunt

Praedae tantum fuit, ut praedan-
tium tot manus iis spoliis vix suf-
ficerent

Auri argentique pondus ingens di-
ripuere milites

Praedae factum est plus quam credi
possit
Praedam captam inter se dividere,
condonare
Militem a praeda cohibere, repellere
Provinciam in ditionem suam redi-
gere

Urbes ac provincias sub imperium
suum adiungere; subiungere
Hostium terras iure belli suas fa-
cere
Urbem armis capere, obtinere, oc-
cupare
Armis populum subigere, gentem
domare, imperium occupare

CAEDES

Strage, Massacre, Massacre, Gemetzel, Estrago

Graviter vulnere hostes afficere
Plagam mortiferam hosti imponere
Hostium plurimos plagis impositis
cruentare
Multis vulneribus hostem concidere
Militem telo traicere
Hostem lancea transfigere
Hostis mortifero vulnere ictus ce-
cidit
Multis vulneribus acceptis ac debi-
litate corpore et contrucidato mi-
les se abiecit exanimatus
Multi hostes morte deleti sunt
Atrox facta, commissa, edita, per-
petrata multorum militum coe-
des est
Multorum hostium sanguine cruen-
tatae manus sunt
Arma multorum caede imbuta sunt
Multi gladio icti, obtruncati ceci-
dere
Barbara militum crudelitas vix mul-
torum sanguine est expleta
Multum hostilis sanguinis fustum
est
Militum manus multorum sanguine
robuere
Multi ferro consumpti sunt
Multis illata mors est
Saucios et confectos ex acie con-
ferre
Multum sanguinis in promiscua om-
nium generum caede fuit

Caedibus hausti militum plurimi
sunt
Omnia hostium caede strata sunt
Caedes ibi omnia obtinuit
Foedatus multorum militum caede
locus fuit
Vix ulla exercitus pars cladis expers
fuit
Clades ingens accepta est
Quaecumque pervasit hostium pro-
cella stragem ruinae similem de-
dit
Nullam aetatis discrimen ira fece-
rat in caedibus
Promiscua omnis aetatis ordinisque
caedes facta est
Saevitum est in omnes nullo discri-
mine
Ferrum effugere nemo potuit
Non aetas, non sexus quemquam
victoris irae subduxerat
Ne imbelli quidem aetati tempera-
tum est
Modum ira non habuit promiscue
in omnes versa
Hostes ingenti clade sternere
Multorum militum caedem facere
Acie (phalangem, agmen) penetra-
re funditusque delere
In hostiles cuneos irruere eosque
funditus propulcare, proterere
Agmen perrumpere, turbare atque
dissipare
Hostes fundere, dissipare, delere,
caedere, frangere ac disturbare

VASTATIONES

Devastazioni, Devastations, Dévastations, Verwüstung, Devastacion

Per omnem late agrum populabundus hostis incedit, grassatur

Nocturnis incursionibus summan vastitatem hostis efficit

Ex pulcherrima regione vastas solitudines facere

Agri nudantur, ex-scinduntur urbes, caedibus et incendiis horrent omnia

Hostes adeo effusae populationem faciunt, nihil ut bello intactum relinquatur

Vexantur urbes, ardent oppida, agri exinaniuntur

Fumant incensa passim tecta, cuncta sunt bello evastata

Urbes ad solum dirutae atque in ipsa tecta saevitum est

Hostibus nisi nudum ac sterile solum relictum est nihil

Non incolae suas urbes, non cultores habent terrae: omnia ferrum flammaque miscuit, atque caede et incendio cuncta sunt completa

Exusta passim oppida, crematae villae, omnia flammis ac ruinis sunt aequata

Bellum in tecta urbis gestum est, muri cuniculo subruti aut ariete strati, effractae portae, urbs ipsa excidio ac ruinis data

Regio tota omni clade vastata, nihil neque intactum neque integrum relictum, ruinis demum et ignibus deleta sunt omnia

Agrum depopulationibus et incendiis deformare

Regionem excursionibus depopulari

Omnis belli ira ad populationem agri vertit

Vicos expugnare, inflammare tecta, hominum pecudumque praedas agere

Oppidum per devastationem deuerere

Praedas ex villis vicisque hostis egit ingentes, nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri possit
Urbem hostis diruit, afflixit, inflammavit, funestavit

Muros ab imo subruere; ad solum diruere

Deiecta murorum fundamenta fuisse, ne quod urbis vestigium exstaret

Templa ruinis et ignibus deleta sunt, aditus demolitione sublatis, disturbata tecta, excisae et complanatae domus

Labefactata vectibus et convulsa publica monumenta sunt

Urbs tota ab hoste eversa sic fuit, ut praeter famam nihil urbis in urbe duraret, permaneret

Convulsis pontium munimentis tabulata ac trabes in fluctus sparsae sunt

Pontium capita a fundamentis protrusa iacebant

Impulsi in latus pontis ruinae pendebant

Reipublicae terror, vexator, perditor, afflictor, eversor, exterminator hostis universam regionem graviter labefactavit

Civitatem multis cladibus atterere, debilitare, praecipitem dare

Hostis rapacitate urbs lacerata, exhausta, exinanita, deleta et exterminata, direpta ac barbaris condonata est

Hostium agris ingentem vastitatem, eversionem, depopulationem et vastitatem inferre

Agros hostium foede depopulari, vastare, devastare, evastare

Hostium urbes populatione vexare, pensumdare ac delere

Ingentes in hostium urbibus strages facere

CAPTIVITAS

Prigionia, Imprisonment, Prison, Gefangenschaft, Prison

In vincula militem conicere
 Miles in custodiam vinctus datur,
 conicitur, traditur
 In vinculis milites cohibere
 In carcere (carcerem) captivum militem includere
 Cohortis partem vinculis mandare
 Exiguam hostium manum in catenis tenere
 Iure belli dux captus est
 In potestatem hostium pervenire
 Antesignanus hostium praeda factus est
 In carcerem miles ductus, compactus, conditus, contrusus est
 Milites carceri addicere
 Magnam militum partem vinculis ac compedibus coercere
 Compedes militi indere, impingere, inducere
 Vinculis hostes bello captos astringere, devincire
 In custodiis milites habere, retinere
 In publicae custodiae loco detineri

E custodia captos hostes emittere, amittere; educere, eripere
 Vinculis militem levare, exsolvere, eximere
 Ducem reddito pretio liberare, recuperare, redimere
 In custodiam aliquem vinctum dare
 Militem prehendere, corripere, prehensum tenere
 Militem amittere
 E vinculis militem eximere, subducere
 E custodia captos hostes dimittere
 Militem carcere liberare, emittere
 Alicui captivo ampliores custodiae terminos concedere
 Custodiae fines capto hosti ampliare, limites professe, laxare, producere, extendere
 E custodia se eicere
 E vinculis se expedire et aufugere, avolare
 E carcere fuga salutem expedire
 Vinculis militem custodire

INDUTIAE

Tregua, Truce, Trêve, Wassenstillstand, Tregua

Hostes inducias fecit, pepigit, pactus est
 Hosti petitae aliquot dierum induciae datae sunt
 Pari consilio in certas leges ad tempus ab armis discessum est
 Agitari dies aliquot induciae sunt coeptae
 Actae per eos dies castrenses quaedam feriae sunt
 A belli iniuriis ad tempus temperatum est
 Aliquantum in indiciis res fuit
 Ab armis aliquantum quies fuit
 Induciae manent
 Prolatum ius hostilium armorum perseverat

Cum hoste foedus (inducias) pangere, inire, percutere
 Inducias habere, agitare
 In induciis versari
 Inducias violare
 Adversum inducias committere, facere
 Bellicum institutum frangere
 Inducias tollere
 Ad inducias consentire
 Postulare, ut sint inductiae
 Inducias conservare
 Induciarum fidem rumpere
 Inducias impetrare
 Tempus induciarum hosti exit

VICTORIA

Vittoria, Victory, Victoire, Sieg, Victoria

Victoria pene explorata est
 In manibus est victoria
 Victoriā in manibus habere
 Gloriosam victoriā habere, reportare, adipisci, consequi
 Palmam de hoste ferre
 Victoria exercitui nostro cessit
 Ab hoste de victoria nobis concessum est
 Proelii exitus nobis victoriā dedit, detulit, tribuit
 Ea res victoriā peperit
 Multa victoriā portendebant
 Inde victoriae initium factum, ortum, enatum est
 Victoria bene uti
 Victoriā minime crudeliter exercere
 Victoriae insignia de hoste reportare, ferre
 Superiorem proelio discedere
 In proelio hostis succubuit
 Inclinata hostium acies, fusa, impulsā, perculsa est
 Hostes fugati ac omni clade perdomiti sunt

Bello hostes subigere, devincere (Cic., rep. 2, 20; 36)
 Victoria provinciam aliquam emetiri
 Debellato hoste omnia pedibus substernere et subicere
 Occupata provincia, triumphum post hominum memoriam clarissimum deportare
 Hostes suo proelio superare, pugna frangere, acie vincere, fundere, domare, subigere
 Hostium copias profligare
 Ab hoste victoriā referre
 Superiorem a certamine abire, discedere
 Victoriā consequi, adipisci, obtinere
 Victoria potiri
 Proelio uti secundo
 Proelium secundum, praeclarum facere
 Victorem ab acie discedere
 Hostium copias dissipare
 Victoria alternat
 Victorem e certamine discedere, abire

PAX

Pace, Peace, Paix, Frieden, Paz

Amorem otii et pacis civibus inicere
 Ad pacis concordiaeque studium totis viribus incumbere
 Summovendi belli pacisque conglutinandae studio ardere
 Bellorum seminariis funditus recisis pacem solidis et adamantinis vinculis astringere
 Ferrea belligeri compescet limina Iani,
 Depositis genus humanum sibi consulet armis
 Temperare litem
 Pacem componere, conciliare, mi-

tificare
 Vitam ad concordiam munire
 Aditum ad pacem instruere
 A diurnis belli contentionibus conquiescere
 Conditiones offerre honestissimas
 Ad pactiones conditionesque accedere, descendere
 In conditione manere
 Conditionibus stare
 Conditiones constituere, instituere
 Aliquam victis conditionem imponere, offerre, ferre, dare, proponere
 Conditionibus victos onerare et ad-

stringere
 Aequas pacis leges dicere
 Pacem orare
 De pace legatos, deprecatores, disceptatores mittere
 Ad pacis conditiones adduci
 Pacis conditionem accipere
 Pacis conditiones, quas tulerat hostis, non dimittere
 Pacis conditiones convenerunt
 In has conditiones pax coagmentata est
 Pacem conciliare, conficere, constituere
 Cum aliquo pacem iungere, foedus inire
 Ab armis discedere
 Bellum pace componere
 Data dextera fidem amicitiae sancire
 Depositis odiis in pristinam concordiam et gratiam redire
 Simultates, inimicitias, odia deponere, abicere, dimittere
 Pacem alicui dare
 Pacem iactura aliqua redimere
 Pacem accipere, serbare, firmare, confirmare, habere
 Belli reliquias conficere, auferre, delere
 Bellum restinguere
 Bello exitum imponere

Belli ne scintillam quidem relinquere
 Bellum pace concludere
 Belli reliquias persequi ac conficere
 Ad conditiones commodiores facile accedere, libenter descendere
 Conditionem non invitum subire, sequi, accipere
 Ad deteriores conditiones adduci, venire
 In bellicas leges transigere, pacisci
 Conditiones respuere, recusare, repudiare
 Gravibus conditionibus adstringi se non pati
 Pacem cum hoste facere, inire, constituere
 Cum inimico in gratiam redire, conciliari
 A bello vacare
 Placidissima in pace versari
 In pace esse
 Summa pace potiri
 Alta uti pace
 Multa frui pace
 In regno omnia sunt quieta, tranquilla
 Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria
 Pace facillime iustitia et fides convalescit

XII

VITAE CASUS

VICENDE DELLA VITA - EVENTS OF LIFE - EVENEMENT DE
LA VIE - LEBENSBEGEBENHEITEN - SUCESOS DE LA VIDA

SOLITUDO

Solitudine, Solitude, Solitude, Einsamkeit, Soledad

Secum vivere
Praeter seipsum neminem habere
secum
In solitudinem tamquam in portum
se recipere
Tempus prope omne in secreto, re-
motis urbibus, terere
Urbe et omni hominum coetu ca-
rere
Rerum suarum neminem morta-
lium habere
lium habere socium aut conscium
Sine arbitris agere
In solis locis moestum errare
Vitam solitudini mandare
In aliquas solitudines descendere
Vitae genus et hominum societate
disiunctum sectari
In loca remota (ab interventoribus
vacua) se abdere

Loca omni solitudine vasta atque
sine humani metus vestigio pe-
rerrare
Solitudini non urbium frequentiae
natum esse
Nudae mutaeque solitudines ali-
quem decent
Alicui solitudo pro frequentia est
Locus ab omni turba interpellan-
tium vacuus
Locus ab urbibus liber et remotus
Loci secessus a strepitu, clamore,
turba vacuus
Vitam solitariam agere
In solitudine degere
Seiunctum ab omni humano con-
sortio degere
Omnis humani consortii exsortem
vitam traducere
In solitudinem concedere

DIFFICULTATES

Difficoltà, Difficulty, Difficulté, Schwierigkeit, Dificultad

Plurimum, multum oneris, laboris
habere, ferre
In domesticam difficultatem incur-
rere
Magnus in aliquem labor incumbit
Rem difficilem, gravem, laborio-
sam, operosam, molestam, duram
sentire, experire, cognoscere
Rem haud factu facilem, multis dif-
ficultatibus implicatam, ob sep-

tam et gravi circumvallatam su-
scipere, sustinere, sib imponere
Rem multis difficultatibus imperi-
tam aggredi
Negotium perarduum suscipere
In nodum difficilem incidere
In rem difficilem et inexplicabilem
se conicere
Viam sane arduam, asperam, con-
fragosam, lubricam, plenam telo-
rum ingredi

Res summis difficultatibus obstructa est
 Res est in difficili
 Odiosas difficultates superare, vincere, supervadere

Res est in qua sudandum, vigilandum, laborandum est
 Arduum longi temporis magnaeque cogitationis moliri

STUPOR

Stupore, Amazement, Stupeur, Erstaunen, Asombro

Stupor omnes admiratione rei tam insolitae defixit
 Stupor ac silentium defixit homines
 Ad illius rei conspectum silentio defixi steterunt cives
 Inopinata res nulli non admirationem movit
 Nova res omnibus pro miraculo fuit
 Subitae rei admiratio vocem omnibus interclusit
 Stupor omnium animos et velut torpor quidam insolitus
 torpor quidam insolitus membra tenebat, occupabat
 Novitate ac miraculo attoniti homines, neque animo, neque auribus aut lingua constabant

Stupor omnes repentinus invasit, oppressit
 Exsanguis attonitisque similes stare, haerere
 Per metum, sine suo cultu, sine colore, sine voce consistere
 Stupore affici
 Stuporem alicui afferre, ingenerare, inducere (ammirare)
 Quempiam stupefacere, stupore defigere
 Aliquem in admirationem rapere, convertire, admiratione complere, admiratione defixum tenere, ad admirationem traducere
 Alicui stuporem incutere, admirationem afferre, movere, concitare
 Admirationem in aliquo efficere, alicui creare, gignere, parere

TAEDIUM

Fastidio, Annoyance, Ennui, Verdruss, Fastidio

Ab aliquo celeriter et satietate et fastidio abalienari
 Fastidium ferre, afferre, levare, depellere
 Molestia capi, affici aliqua re
 Aliquid mihi satietatem parit, dat, facit, affert
 Oneri ac taedio aliquid mihi est
 Stomachum aliquid movet
 Ea res molestiam aspergit, creat, facessit
 Alicuius rei taedium aliquem capit
 Fastidii esse delicatoris
 Alicuius rei pertaesum esse
 Odio alicuius dei tenere, capi

Satietatem alicui parere, afferre, facere, dare
 Satietate aliquem afficere
 Alicuius rei satietas aliquem capit, tenet
 Satietate defatigatum, defessum esse
 Satietatem relevare, vitare, fugere, depellere, vincere, superare
 Satietati occurrere
 Taedium discutere
 Fastidium excludere
 Nullam ex aliqua re nauseam sentire

SOLLICITUDO

Affanno, Apprehension, Angoisse, Kummer, Ansiedad

Acrem curam inicere, dare
 Ex aliqua re adsiduae curae nascuntur
 Non mediocribus aliquem curis efficere, conficere, implicare
 Miserrimis aliquem curis frangere
 Anxiferis curis aliquem macerare, excruciare
 Cura ac sollicitudo alicuius animum occupat
 Alia ex alia cura aliquem excipit
 Cura aliquem urget, premit, urit, angit, sauciat
 Alicuius animum cura obsidet, aggredditur, exagitat, discruciat, exercet
 Curarum agmine oppugnari, obsideri
 Curarum fluctibus obrui, cruciari
 Aliquid animum alicuius versat assidue
 Anxiis curis aliquid pectus alicuius implet
 Vehemens alicuius rei cura aliquem tangit
 Ingentem curam ac sollicitudinem aliquid alicui conficit
 Incredibilem alicuius animo sollicitudinem incutere
 Intempestiva sollicitudine alicuius animum turbare
 Gravi aliquem cura implicare, efficere, conficere
 Sollicitudo cum cogitatione multa aliquem circumstat

Multa aliquem sollicitum habent
 Summae curare vitam alicui vix reliquam faciunt
 Sollicitudines alicuius quaevis hora exacuit
 Multa subvereri
 Tacita cura animum suspensum gerere
 Cura aliqua animum exonerare suum
 Multi aculei pectus alicui compungunt, excedunt
 Cura alicui acuitur; in sollicitudinem vertitur
 Aliquem magna cura liberare, solvere, laxare
 Veterem curam alicui levare, adimere
 Animum ab aliqua cura abducere, traducere
 Cura alicui consedit
 Se aliqua cura expedire, exuere
 Inanes curas abicere, mittere
 Ab aliqua molestia animum avocare
 Infestas curas ex animo escere, abstergere, excludere
 Animo molestiam expuere, et se sibi vindicare
 Nulla aliquem cura coquit, mordet, exedit
 A curis solutum esse; omni cura vacuum esse
 Curae omnis expertem esse

MOLESTIA

Molestia, Trouble, Désagrément, Belästigung, Molestia

Incredibilem alicui molestiam afferre, exhibere, aspergere
 Ingentis molestiae causam alicui dare
 Diuturnioribus molestiis aliquem afficere, implicare

Negotium alicui facessere, exhibere, conflare
 Aliquid aegre facere
 Querelis (litteris) alicuius aures obtundere
 Importunis querelis alicui saepius obstrepere

Aliquid aliquem mordet, pungit, urit
 Odio ac fastidio aliquo alicui est
 Aures alicuius querelarum crebri-
 tate violare
 Alicui aures pluribus querelis one-
 rare
 Ex aliqua re variam molestiam tra-
 here, contrahere, suscipere, habe-
 re
 Confusis molestiis conflictari, ve-
 hementer angere, discrucari
 Magnam tandem animo molestiam
 excipere
 Molestiam omnem deponere
 A molestiis tandem aberrare

Molestias omnes devocare
 Vacuum molestiis esse
 Aliquid molestiam alicui renovat,
 refricat, auget
 Maximis molestiis perpungi
 Aliquem incommodo afficere
 Alicui importunitatem, perturbatio-
 nem, turbamentum invehere, in-
 ducere, creare, parere, afferre
 Aliquem perturbare, obturbare,
 conturbare, interpellare
 Alicui incommodare, incommodo
 esse
 Alicui importunum, molestum, gra-
 vem, odiosum, incommodum esse

ANGUSTIAE

Tribolazione, Tribulation, Tribulation, Bedrängnis, Tribulación

Graves, perpetuas aerumnas perpe-
 ti, superare
 Aerumnis premi
 Malis conflictari undique
 Inter aerumnas vitam ducere mise-
 ram, infelicem, calamitosissima
 Magnas quotidie acerbitates perfer-
 re, exhaurire
 Angoribus opprimi
 Molestiis innumeris implicari
 Malis ingentibus obrui, onerari
 Aliquid aliquem vehementer urit et
 sollicitat; animum discrucia exer-
 cet
 Acerba aliquem sollicitudo incedit
 Maximam sollicitudinem sustinere
 Summam acerbitatem, aegritudi-
 nem, molestiam capere, sustinere
 Magna cura ac sollicitudo alicuius
 animo insidet; alicuius animum
 occupat, torquet, exagitat
 Gravi sollicitudine conturbari, aes-
 tuare
 Suspenso et sollicito animo esse
 Curis pene confici ac consumi
 Aegritudine prope contabescere
 Miseris aliquem sollicitare modis
 Non mediocrem alicui sollicitudi-
 nem afferre, conficere, struere,
 acuit, auget, duplicat

anxiis aliquem curis implere
 Intempestiva sollicitudine aliquem
 turbare, perturbare, commovere
 Curis aliquem frangere et sollicitu-
 dine
 Gravem alicuius animo sollicitudi-
 nem parere
 Aliquid aliquem graviter macerat,
 concoquit, exercitum habet
 Angores alicuius levare
 Ab angoribus aliquem abducere
 Vacuitatem ab angoribus praestare
 Multis aliquem curis frangere
 Assiduis curis aliquem macerare,
 excruciare
 Cura ac sollicitudine alicuius ani-
 mum occupare
 Domestica cura aliquem liberare,
 solvere, laxare
 Cura se expedire
 Alicui cura acuitur
 Cura in sollicitudinem vertitur
 Alia ex alia aliquem cura excipit;
 alicui incumbit, nascitur
 Aliquem cura urget, premit, urit
 Cura alicuius animum obsidet, oc-
 cupat, aggreditur, axagitat, oppu-
 gnat, exercet
 Curarum fluctibus occupari, obrui,
 cruciari

Curarum agmine obsideri, oppugnari
 Alia ex alia cura aliquem gravius angit, sauciat
 Inanes curas ac sollicitudines abi-

cere, mittere, eicere
 Se curis exuere
 Aegritudinem ex animo abstergere et excludere

PERICULUM

Pericolo, Danger, Danger, Gefahr, Peligro

Aliquem in capitis periculum vocare, adducere, arcessere
 Certum alicui periculum comparare, creare, struere, conflare, moliri, inicere, inferre, afferre, intendere
 Ad extremum casum alicuius res adducere
 Se fortunasque suas in dubium devocare, ad casum obicere
 In aleam incerti (ancipitis) casus aliquem committere (dare)
 Rem fortunae inclinandam dare
 In discrimen se offerre
 In incertam aleam ire
 Caput periculis obicere
 In medium se periculum immittere, inferre
 Rem in casum dare
 Summum periculum adire
 In asperrima pericula venire, devenire, incidere, incurrere
 Extremum alicui ab omni parte periculum imminet, impendet, instat
 Alicuius fortunae periclitantur
 Alicuius res in sordidissimum periculum adducitur, venit
 Periculis undique premi, cingi, includi
 Res in iniquo discrimine est
 Prope exitium res venit
 In publico discrimine civitas versatur
 Alicuius res in praecipiti stant et lubrico
 Civium salus in periculo haeret
 Periculo nondum perfunctus sum
 A periculo nondum abesse

Praecipua pericula effugere, a capite propulsare, depellere
 Periculi esse expertem
 A periculo vacuum esse
 In portu navigare; in vado navis est
 Pericula non dubitanter adire
 In quotidianis capitis insidiis, in maximis difficultatibus sui similem esse
 Quidquid periculi urget, minime exhorrescere
 Suum periculum negligere, declinare, defugere, subterfugere
 A periculo aliquo prohibere; e periculo aliquem eripere, extrahere, periculis aliquem liberare
 Partem periculi sustinere
 Sponte se in discrimen obicere, offerre, conferre, inferre
 Discrimini sponte caput obicere, offerre, conferre, inferre
 Discrimini sponte caput obicere, offerre
 In discrimine versari
 In certissimum adduci, venire, incidere, vocari, devenire
 In multos se laqueos induere
 Multis periculis et litibus irretiri
 Periculis se omnibus opponere, exponere
 Nudum ac expositum ad omnes ictus stare
 Caput imperterritum discrimini afferre
 In omnem casum se demittere
 In omne discrimen se offerre
 Ad omnes casus subitorum periculorum se obicere

DOLOR

Dolore, Sorrow, Douleur, Schmerz, Dolor

Alicui acerbum dolorem dare, facere, iniurare, incutere
 Acri dolore alicui incedere
 Aspero aliquem dolore afficere, opprimere
 Intolerabilem alicui dolorem parere
 Aliquid praecipue aliquem pungit, mordit, afficit
 Alicui miserrimus dolor incursavit
 Molestissimus dolor aliquem arripit, vexat
 Incredibilem dolorem capere, sustinere, suscipere, trahere, haurire
 gravissimo dolore angere, confici, exerceri, torqueri, affligi, frangi
 Nimio dolore discrucari, divelli, disrumpi, perimi, interimi, exanimari, contabescere, opprimi, premi, consumi, impediri, ardere, tangi, auferri
 Animus alicuius dolore aestuat
 Praesenti dolore efferri, differri, incendi
 Dolori ferendo iam esse
 Imparem esse dolori
 Alicuius vires dolore franguntur; vim doloris minime sustinent; ad

dolorem infirmiae sunt
 Dolori succumbere, indulgere, parere, servire, cedere, frena laxare, se permittere, se totum dare
 Sopitum dolorem refricare, renovare, redintegrare
 Inveteratum dolorem exhaustire, mitigare, minuire, frangere, levare
 Magnam alicui doloris partem abstergere, eripere, auferre
 Odiosum dolorem obicere, depellere
 A dolore tantisper aberrare
 Dolorem fovere, amplificare
 Dolore aliquo liberare
 Alicuius rei memoria alicuius pectus effodit
 Mirus dolor alicuius animam pungit, perfodit, pervellit
 Sensum doloris capere acutissimum
 Doloris sensu affici gravissimo
 Doloribus gravissimis discrucari, opprimi, confici, exerceri
 Dolorem senoscentem irritare
 Lacrimas redintegrare
 Veteres dolendi causas retexere, refferre, revocare
 Vulnus et dolorem refricare

LUCTUS

Lutto, Grief, Deuil, Trauer, Luto

In squalore est civitas
 In sordibus, lamentis luctuque iacent omnes
 Omnium animi sunt luctu occupati
 Urbs tota in luctu erat, versabatur
 Cives omnes luctum hauriunt, percipiunt
 In omnem luctus formam concessum est
 Ex acerbo alicuius interitu luctus est et aegritudo
 Aliquid luctum habet
 In maximos luctus incidere
 Luctum levare, sedare, tollere, de-

ponere
 Mortum lugubri lamentatione et fletu prosequi
 De alicuius morte flere
 Propter aliquem cives squalorem, luctum, sordes suscipiunt
 Acerbissimus tota urbe luctus versatur
 Complorata alicuius mors totam urbem lamentis implet
 Accepto alicuius mortis nuntio lamentis se cives dedunt; in questus se flebiles profundunt
 Audita alicuius morte lamentis plo-

ratuque urbs tota personat;
 Cohoriantur ubique lacrimae et vo-
 ces doloris indices; ubique
 comploratio et flebilis voces exau-
 diuntur
 Plena sunt omnia querelarum
 Dolorem suum alicui impertire
 Querebantur cum lunctu et gemitu
 Tota urbe querimoniae iactantur
 Tempestas querelarum sequitur et
 comploratio omnium
 Lamentis et querelis se totum de-
 dere

Lamentis caelum complere
 Se totum in questus effundere
 Maestitiae insignia ferre
 Lugubria (vestem lugubrem) indue-
 re, sumere
 Veste lugubri vestiri
 Vestis mutatione luctum suum ad
 dolorem declarare
 Ex luctu ad vestitum redire
 Lugubria (vestem lugubrem) exuere
 Luctis se tradere
 Lacrimis ac tristitiae se dare

FLETUS

Pianto, Tears, Pleurs, Weinen, Llanto

In lacrimis iacere
 Lacrimis usque indulgere
 Lacrimis oculos terere, corrumpere
 Lacrimis debilitari et confici
 Lacrimae alicui vocem pene et spi-
 ritum intercludunt
 Lacrimis totum diffluere
 Alicuius in ore sunt lacrimae
 Alicuius ex ovulis lacrimae se su-
 bito profundunt
 Alicui lacrimae cadunt, prosiliunt,
 prorumpunt
 Oculis lacrimas effundere
 Decurrentes ex oculis lacrimae vul-
 tum omnem humectare coepere
 Se lacrimis dare, tradere
 Lamentis se conficere
 Multas profundere, educere lacri-
 mas
 In lacrimas totum abire
 Lacrimas alicui commovere, excire
 Lacrimas nolenti excutere
 Lacrimas exprimere, extorquere
 In lacrimas aliquem solvere
 Vultus lacrimis implere
 Manantibus (abortis, profusis) la-
 crimis aliquid profari
 Aliquid loquenti os lacrimae sinum-
 que implevere
 Aliquid dicenti gemitus et lacrimae
 vocem includere
 Fletum alicui movere
 Lacrimas alicui commovere, excire,

excutere
 Lacrimas alicui exprimere, extor-
 quere
 Lacrimae vultum alicuius implent
 Alicui gemitus et lacrimae vocem
 includunt
 Os sinumque lacrimae implent
 Lacrimis se dedere, tradere
 Lacrimas effundere, profundere
 In lacrimas solvi
 Lamentis confici
 Totum lacrimis diffluere
 Totum abire in lacrimas
 Lacrimas tenere, cohibere, repri-
 mere, lacrimis temperare
 Oboriuntur repente alicui lacrimae
 Ab oculis alicuius lacrimae manant
 Modum lugendi facere
 In lacrimis jacere
 Totum in luctu versari
 Oculos lacrimis terere, corrumpere
 Lacrimae alicui vocem pene et spi-
 ritum intercludunt
 Alicuius casum lamentabilis om-
 nium comploratio excipit
 Clamore et fletu omnia complere
 In questus se effundere totum
 Lamentis, querelis se totum dedere
 Lacrimas tenere, cohibere, repri-
 mere
 Dolori imperare, lacrimis tempe-
 rare
 Haec cum aspicerent omnium ex

oculis lacrimae se subito profuderunt
 Malis suis ingemere
 Eyulatus, complorationes, indecoras

voces edere
 Miserum se et infelicem lamentari
 Moestum ac sollicitum in lacrimis iacere

DESPERATIO

Disperazione, Desperation, Désespoir, Verzweiflung, Desesperacion

Animo plane concidere
 Diuturna desperatione affici
 Magna desperatione torpere
 Perditum, deploratum, conclamatum esse
 Animo labi; animum despondere
 Omnem spem abicere
 Se plane deserere et destituere
 Ab omni spe animum abducere
 Ad desperationem adduci, redigi
 Ex alta spe decidere
 Ex magna spe deturbari, detrudi, depelli
 Alicuius animum desperatio incessit
 Desperatione torpere
 Aliquem spes deserit, destituit
 Honores desperare
 Spes omnis evanuit, abiit, discessit

In exigua spe esse
 Spes alicuius extenuatur, concidit, inveterascit inciditur, praeciditur, ad arritum cadit, obrumpitur
 Alicuius spem remorari, infringere, labefactare
 Alicui spem prope omnem auferre, eripere
 Se spe optima aliquem deicere, depellere
 A spe animum avertere
 Alicui spem prope omnem incidere obrumpere
 Aliquem spes tota defecit
 Nulla alicui spes relinquitur
 Omni spe carere, orbari
 Omnia sunt plenissima desperatio-
 nis

TEMPORUM DIFFICULTAS

Tempi difficili, Difficult times, Temps difficiles, Schwere Zeiten, Tiempos, difíciles

Res ubique asperce sunt et aurbidae
 Durissima sunt rei publicae tempora
 In fortuna miserrima et luctuosissima destituti sumus
 Debilitata omnia sunt et prope extincta
 Magna malorum impendit Ilias
 In tantis tenebris; in tam turbidis rebus; in hac flamma rerum et perturbatione temporum
 In his esperitatibus rerum et acerbitatibus temporum
 In hac orbis terrarum perturbatione
 In fortuna adeo afflicta

In hac iniquissima vitae conditione
 In his quibus iactamur fluctibus
 In hac iniustissima temporum calamitate
 In ista caligine ac tenebris quae totam rem publicam occupant
 In tanta difficultate summisque angustis rerum necessariarum
 In tanto rei publicae vulnere
 In tam aegra et prope deposita rei publicae fortuna
 In hoc squalore et lacrimis rei publicae
 In hac temporum iniquitate
 Res publica maximam calamitatem cepit, accepit, subiit, hausit

Rei publicae maxima calamitas incidit, accidit
 Res publica in summam calamitatem venit, incidit
 Res publica plagam accepit luculentam; acerbo vulnere percussa est vulnus accepit gravissimum

Summa temporum difficultate laborare
 In aspero ac difficili temporis articulo versari
 Difficultate temporum urgeri
 Iniquissimis temporibus premi

FELICITAS

Felicità, Happiness, Félicité, Glücklichkeit, Felicidad

Perpetuo fortuna bona uti
 Alicui ad voluntatem omnia fluunt; alicui prospere omnia succedunt
 Alicui nihil contra voluntatem evenit
 Omnia alicui secunda sunt
 Optata omnia alicui contingunt
 Nihil unquam mali aliquis in vita videt; nihil sustinet incommodi
 Alicuius perpetua est felicitas, et nullis interrupta malis
 Fortuna quae potest esse maxima uti
 Nihil ad felicitatem alicui deest
 Felicitate nemo alicui praeferri, interferri, praeponi, anteponi potest
 Omnium fortunas aequare
 Nihil non optabile consequi
 Fortunam accusare nullo pacto posse
 Nullius fortunam sibi exoptare debere
 Optimus est alicuius rerum status
 Res alicui secundissime procedit
 Plane ex sententia res alicui geritur
 Res supra votum alicui fluit
 Secunda omnia alicui cadunt
 Digito coelum attingere
 In caelo esse
 Tranquilla et pacata omnia habere
 Fortunis suis fortunam ipsam an-

teire
 Rebus omnibus florare
 Fortuna alicui nihil non tribuit
 Fortuna alicui indulgendo nunquam fatigata est
 Fortunam in potestatem habere
 Alicui fortuna ubique presto est
 Nusquam fortuna alicui abest
 Perpetua felicitate florere
 Prospera fortuna fungi
 Vitam omni felicitatis genere cumulatam vivere
 Felicitate, secundis rebus margi
 Felicitate atque indulgentia fortunae luxuriari
 Superiorum vitam adipisci
 Rex exitum habet optatum, felicem
 Rem ex animi sententia expedire, conficere
 Felici exitu rem concludere
 Ut res optime succedat perficere
 In aliqua re optatis fortuna respondet; cum alicuius animo fortuna consentit
 In re aliqua nihil adversi fortuna obicit
 Omnia alicui belle ac prospere procedunt
 In aliqua re fortuna consilia alicuius comprobatur
 Commodis omnibus abundare

GAUDIUM

Gioia, Joy, Joie, Freude, Gozo

Magnopere (summopere) laetari, delectari, recreari, exhilarari

Laetitiam capere, percipere, concipere, haurire, exhaurire, sumere

Animum exhilarare et dare se incunditati
 Laetitia incredibili affici
 Laetitia, exultare, efferri
 Gaudio triumphare
 Omnibus laetitiis incedere
 Laetitia perfundi, cumulari, compleri, exsilire, triumphare, absorbere, desipere, subsilire, tripudiare
 Se laetitia efferre
 Laetitia voluptate demulceri, perfrui
 Incundissimo voluptatis sensu affici
 Gaudio gestire
 Eximium incunditatis affectum suscipere, concipere
 Magnis gaudiis exultare

Vehementissime laetari
 Immortaliter gaudere
 Alicui laetitiam dare, afferre, parere, creare, obicere, inicere, praebere, conciliare, exhibere, facescere, offerre, conflare, facere, movere
 Aliquem laetitia afficere, prosequi, perfundere
 Aliquem magnopere delectare, recreare, hilarare, exhilarare, laetificare, reficere, laetare, laetum facere, laetantem, hilarem efficere
 Se incunditati dare
 Oblectationi indulgere
 Animum oblectare, delectare, recreare, reficere, relaxare

LAETITIA

Letizia, Gladness, Allégresse, Wanne, Alegria

Plenum esse hilaritatis
 Frontem hilariter explicare, porrigere, exporrigere
 Fronte esse laeta, hilari, experrecta
 Vultu oculisque animi alacritatem prodire
 Animo esse erecto, pleno laetitia et alacritatis
 Omnium maerorem ac tristitiam abstergere, hilaritate sua condire
 Mirifica semper hilaritate redundare
 Multa est in aliquo hilaritas, lepor, gratia
 Magnam aliquem laetitiam afferre, dare, obicere
 Insolitam in laetitiam aliquem conicere
 Magna laetitia aliquem afficere
 Magnae voluptati esse
 Animum mira voluptate perfundere
 Laetitiam capere non mediocrem
 Laetitia non mediocri et voluptate agi
 Omnibus laetitiis accepto aliquo nuntio incedere
 Laetitia efferri
 Ad aliquem nuntium exsilire, exsul-

tare
 Omnem laetitiam alicui detrahare, adimere, labefactare
 Ex aliqua re laetitiam sumere, haurire, suscipere
 Ex aliqua re magnam hilaritatem colligere
 Gaudio aliquem afficere
 Laetitia aliquem complere, cumulare, perfundere
 Gaudium alicui parere, praebere
 Ex aliqua re magna alicui voluptas, iucunditas, delectatio oritur
 De fortuna alicuius laetari
 Alicuius praeclaris operibus, in alicuius progressionibus magnopere alicui laetandum est
 Gaudio exsultare
 Onustum laetitia pectus apportare
 Gaudio pene desipere
 Laetitia gestire
 Laetitia exsultare
 Gaudio efferri et exsilire
 Ex aliqua re voluptatem non mediocrem capere
 Summa laetitia perfundi
 Ex aliqua re laetitiam capere, voluptatem haurire incredibilem

Gaudio cumulari ingenti
 Vix prae gaudio sui esse compotem
 Superfundenti se laetitiae non tem-
 perare
 Tanta alicui aboritur laetitia, ut in
 vultum erumpat
 Res alicuius secundae alicui sum-
 mae iucunditati sunt
 Gaudium alicuius gaudere
 Lacrimae alicui gaudii manarunt
 Laetitia augeri
 Ingenti aliquem gaudio complere,
 implere
 In laetitiam insolitam explere
 Delibutum gaudio aliquem reddere
 Laetitiam incredibilem alicui obii-
 cere
 Voluptate liquidissima aliquem per-
 fundere
 Liberalissima aliquem voluptate cu-
 mulare
 Suavissimae alicui voluptati esse
 Gaudio triumphare
 Risum excitare
 Cachinnum commovere
 Risum movere omnibus

Risum facere
 Risum omnibus excutere, elicere
 Solutissimum risum movere
 In risum convertere
 Risum tenere, continere
 Cachinnum silentium in risum tran-
 sferre
 In effusos risus solvi
 Temperare sibi a risu non posse
 Risum captare, quaerere
 Risu corruere, emori
 In risum effundi
 Risus alicui oboritur
 Hilari esse animo
 Aliquem recreare, reficere
 Mira aliquem suavitate perfundere
 In laetitiam aliquem iniicere incre-
 dibilem
 Laetitia aliquem onerare
 Ad hilaritatem traducere
 Laetitia, hilaritate animum com-
 plere
 Voluptati alicui esse
 Voluptatem alicui afferre
 Liquidissima voluptate animum
 complere

RISUS

Riso, Laughter, Rire, Lachen, Sonrisa

In risum convertere
 Risum excitare (v. derideo) ciere
 Risum captare, quaerere
 Risum omnibus excutere, elicere
 Solutissimum risum movere
 Cachinnum commovere, tollere
 Risum edere
 Risum facere
 Obstinatum silentium in risum tran-
 sferre

In effusos risus solvi
 A risu sibi temperare
 Risum tenere, continere
 Risus alicui oboritur
 Risu prope emori
 Risu pene corruere
 Risu aliquid excipere
 In risum effundi
 Ad cachinnum aliquem commovere

LENIMENTUM

Sollievo, Relief, Soulagement, Erleichterung, Alivio

Tristitiam et severitatem ludo ali-
 quo relaxare et mitigare
 A contentione studiorum animos
 curasque laxare

Ex diuturna perturbatione suavita-
 te amicorum se recreare
 Vires amissas revocare
 Curam animi quiete aliqua remittere

Se confirmare, relevare
 Requiem aliquam corpori et animo indulgere
 Ad aliquam animi remissionem descendere
 Cum amicis se oblectare
 Varias a molestiis aberrationes ac velut diverticula quaedam quaerere
 Inter labores iam exhaustos et mox exhauriendos intervallum aliquod intericere
 Ab assiduis contentionebus studiorum animum remittere
 Animum a molestiis abducere
 Iucundo otio se paulum sustentare et recreare
 Se paulum iucunditati dare
 Ad aliquam animi remissionem descendere
 Animum liberali otio viresque revocare ad ferendos novos de integro labores
 Studiorum contentioni aliquid laxamenti dare
 Lassum pondere curarum animum ludo reficere et instaurare
 Alicuius litteris sustentari et recreari
 A curis parumper acquiescere
 Animum curis distractum varieque dissipatum recolligere
 Aliquid verna amoenitatis degustare
 Verna iucunditate frui
 Amissam animi hilaritatem recipere
 Ex laboris assiduitate se reficere
 A molestiis aberrare, aberrationem habere
 Animum relaxare ac remittere
 Se ab occupationibus relaxare et iucunditati dare
 Ex curarum taedio recreari
 Sine cura quiescere
 Hilaritatem rerum incundissimarum aspectu atque usa recuperare
 Alicui solatium afferre, praebere, parere, dare
 Alicui solatio esse

Ex aliqua re solatium reportare
 Aliquo solatio uti ac frui, sustentari ac recreari
 Aliquo se solatio consolari
 In aliquo solatio conquiescere
 Paulum a metu respirare
 Alicui consolationem (levationem) afferre
 Alicuius casus suis opibus sustentare
 Alicui levationi esse
 Percussum aegritudine levare
 Diffidentem suis rebus confirmare
 Ruentem fulcire
 Alicuius aerumnam dictis allevare
 Afflictum erigere
 Perditum recreare
 Alicuius animum relevare; sollicitudine liberare; dolore vindicari eximere; a molestia avocare; a maerore abstrahere
 Affectum dolore animum sanare
 Afflictum maerore, languentem, iacentem animum erigere, excitare confirmare
 Laboranti animo, aegrotanti, pessime affecto mederi
 Dolorem lenire, detrahere, depellere, adimere, sedare, abicere, moderari
 Aegritudinem sedare, levare, detrahere
 Contractum maerore animum ab angore abducere
 In dolore sibi temperare
 Se ad pristinam animi aequitatem referre
 In (ad) spem animum erigere
 Mentis serenitatem reducere
 Aliqua consolatione uti, se sustentare
 Consolationem aliquam habere, suscipere
 Finem dolori facere, imponere, modum statuere
 Virtutem dolore ereptam restituere
 Exulceratam aegritudine mentem ad sanitatem revocare
 Prostratum, iacentem beare

CONSOLATIO

Consolazione, Consolation, Consolation, Tröstung, Consolacion

Afflicto consolationem afferre
 Miserorum casus sustentare
 Levationem alicui afferre
 Aegritudine percussos levare
 Iacentes allevare
 Animum alicui reddere
 Fomenta, oblectamenta dolorum alicui praeberere
 Suis diffidentem rebus confirmare
 Fulcire ruentes; afflictos erigere; perditos recreare; miserorum aerumnas dictis allevare
 Solatium alicui parere, afferre
 Aliquem sollicitudine liberare, dolore exuere; a cura abducere; a molestia avocare; a moerore abstrahere
 Afflictum moerore, languentem, iacentem animum erigere, excitare, confirmare
 Affectum dolore animum sanare
 Animo laboranti, aegrotanti, pessime effecto mederi
 In aliquo consolando operam po-

nere
 Alicuius dolorem lenire, detrahere, depellere, adimere
 Alicui aegritudinem sedare
 Alicuius dolori finem facere, imponere; modum statuere
 In dolore sibi temperare
 Ad pristinam animo aequitatem se referre
 Alicuius vulnera sanare; alicuius vulneribus mederi; medicinam afferre; remedium invenire
 Exulceratam aegritudine mentem ad sanitatem revocare
 Animum alicuius in spem, ad spem erigere
 Mentis serenitatem alicui reducere
 Alicuius dolorem minuere, exhaustare
 Temporis longinquitas multum de dolore detrahit
 Longa dies malorum memoriam ex animo delet
 Dolorem animo infixum tempus evellit atque eicit

SOLACIUM

Conforto, Comfort, Réconfort, Trost, Conforte

Alicuius animum excitare, erigere, confirmare, corroborare, accendere, inflammare
 Alicui animum dare, reddere, exuscitare
 Alicui animos creare, regenerare, sufficere, suggerere

Alacritatem alicui addere, facere, adicere, afferre
 Alicuius animum revocare, erigere, renovare, firmare, augere, acuere, incitare, animare, stimulare, impellere

SPES

Speranza, Hope, Espérance, Hoffnung, Esperanza

Spem magnam afferre, offerre, facere, ostendere, ostentare
 Ingentem alicui spem praeberere, subministrare, dare, proponere,

inicere
 In spem aliquem vocare, inducere, impellere
 Ad spem aliquem erigere, rapere

Spem alicui affirmare, inferre
 Alicuius spem augere, alere, erigere, confirmare
 Bonae spei aliquem plenum facere
 Ingenti spe aliquem complere
 Fiduciam alicui accendere
 Securo aliquem animo esse iubere
 In spem ingredi, venire, adduci
 Spes alicuius animum subit, capit
 Nova spes alicui affulget, inicitur
 Spem non ex incerto concipere
 Spes est; in magna spe esse; spe certa teneri
 Spes in aliquo residet, haeret
 Spei plurimum habere
 Alicuius animum spe calet
 Spec ampla alicui despondetur
 Spe et animo confidere
 Aliqua spe niti
 Spes aliqua aliquem sustentat, alit, consolatur
 Ex aliqua spe pendet animus
 In re aliqua omnis fortunae subsidia ponere
 In aliqua re spem omnem ponere, reponere, collocare
 Spes omne in re aliqua sitas habere
 In re aliqua spes suas omnes defigere, constituere
 In aliqua re una spes omnes repositas habere
 Aliquid spem alicuius inflat
 Ad vanam fiduciam efferrī
 Aliquid spem alicuius remoratur, infingit, labefactat
 Alicuius spes extenuatur, evanescit,

concidit, inveterascit, ad irritum cadit
 Spem alicui omnem eripere, inferre
 De optima spe aliquem deicere, depellere, deturbare
 Spem omnem alicui incidere, abrumperē
 De spe decidere; spem omnem deponere
 Spes tota aliquem deserit, destituit, deficit
 Spes aliquem discedit
 Ingenti spe frustrari; labi
 A spe deici, repelli
 Spes aliquem fallit, frustratur, eludit
 Spe prope omni orbari
 Subito ad novam spem exardescere
 In aliquam spem devolvi
 Spem redintegrare
 Alicuius spem vincere, superare
 Omnia in aliquo collocare
 Omnes in aliquo sitas ac collocatas rationes habere
 Alicuius praecipue viribus niti
 Praesidia omnia in aliquo uno constituere
 Maxima spe teneri
 Nonnulla aliquam spes tenet, capit
 Spei nonnihil affulget
 Arridet spes et blanditur
 Spem bonam certanque domum reporto